



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

838


A7p0

L.

A 470141

DUPL

Ludwig. Pluti Aristophaneal



A7/10
L

PLUTI ARISTOPHANEAE

UTRAM RECENSIONEM VETERES GRAMMATICI
DIXERINT PRIOREM

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM IENENSIIUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS


CAROLUS LUDWIG

GO THANUS

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXVIII




PLUTI ARISTOPHANEAE

**UTRAM RECENSIONEM VETERES GRAMMATICI
DIXERINT PRIOREM**

SCRIPSIT

CAROLUS LUDWIG

154322



Quam antiquis temporibus omnium Aristophanis fabularum maxime placuisse ideoque creberrime lectitatam esse Plutum fabulam constat cum ex eo qui olim huic comoediae in fabularum editionibus concessus fuit primo loco (cf. Schneider, de scholiorum Ar. fontibus) tum inde, quod nullius comoediae Aristophanae ueterum commentatorum uberiora quam in hanc exstant scholia: ea nostra aetate quam parui existimari soleat, tam clarissimorum uirorum iudicio sunt sententiae, quas collectas habes in C. F. Hermannii libello eo qui inscriptus est 'de Aristophanis Pluto priore', quam quod Roetscherus in libro illo satis amplo quem composuit 'de Aristophane eiusque aetate' Pluti fabulae ne mentionem quidem fecit.

Ab hac iudiciorum iniquitate profectus, quam cum ueterum existimatorum laude non congruere uidebat, nouissimis adeo temporibus Aemilius Brentano (Untersuchungen über das griechische Drama p. 109—142) huius maleuolentiae causae unde petendae essent, inuestigare indeque probare conatus est, quam nos legimus Plutum superstitem, eam ipsius Aristophanis fabulam eius nominis esse nec priorem nec posteriorem, sed a grammatico nescio quo Byzantino ineptissimo ex utraque ineptissime perturbatam conglutinatamque. Idem etiam Nubibus Auibus Vespis atque adeo ceteris omnibus fabulis Aristophaneis accidisse, ut est eloquentissimus hic uir doctus, blandissime demonstrare studuit.

Quae opinio quamquam a nullo ad id tempus quod sciam probata, tamen impugnata magis est quam refutata. Nam ut in annalium eorum, quibus nomen est 'Literarisches Centralblatt', uolumine anni 1872 p. 388 ne digna quidem haec sententia esse dicitur, quam quis refutet: ita ne Chr. Muffius quidem in 'indicibus philologicis' annorum 1872 et 1873, quamuis uehementer cum ea luctatus, totam eam prosternere potuit. Nec profecto prius prosterneretur quam aut Aristotelis de tragoedia praecepta non etiam ad comoediam transferri posse argumentis probatum aut Byzantinos fabulas conglutinare propterea non potuisse demonstratum erit, quod unam tantum comoediam de eadem re conscriptam habuissent. Hoc

posterius, ut Ritterus in 'Philologi' uolumine 34 p. 447 sqq. de Nubibus, ita de Pluto quidem fabula equidem ego praestare mihi uideor posse eo, ut iam Alexandrinorum aetate alteram tantum eandemque atque nunc Pluti editionem superstitem fuisse demonstrarem, quae illis fabulae eius nominis prior recensio esse uideretur. Ad quod efficiendum praemissis paucis de Pluti duplici recensione primum e scholiis rem, quomodo se habeat, eruam, deinde eos pertractabo locos, qui sententiae ita indagatae obstare uidebuntur, i. e. fragmenta, quae fabulae deperditae esse dicuntur, et didascaliam, Athenaei lib. IX p. 368 D, schol. Hom. II. ψ 361, ubi posterioris recensionis mentio inuenitur.

Pars I.

De Pluti superstitis Alexandrinorum temporibus memoria.

Caput I.

De Pluto quid iudicauerint ueteres interpretes.

§. 1. Plutum bis in scenam commissam esse apparet luculentissime ex schol. Plut. v. 173, ubi scholiasta fabulam alteram dicit uiginti annis post priorem extremo loco doctam esse. Eandem duarum Pluti fabularum distinctionem inuenimus in schol. Plut. v. 1146, ubi scholiasta uerba quaedam ex altera eius nominis comoedia in alteram neglecto temporum ordine translata esse suspicatur.

De utriusque recensionis tempore ex scholiis certiores fieri possumus. Nam altera harum fabularum cognominum docta est, si didascaliam in argumento IV propositam sequimur, archonte Antipatro, quem ol. 97, 4=389/8 archontem fuisse constat e Diodori lib. XIV 103 coll. capitibus 94, 97, 99. Iam si memoriam illam scholii ad v. 173 modo commemoratam adhibuerimus, secundum quam prior Plutus uicesimo anno ante docta est, priorem Plutum anno 409/8 scenae commissam esse inueniemus. Ac profecto sic res se habet. Nam eos, qui schol. Plut. v. 179 commemorantur, Dioclem et Chabriam duorum annorum archontes esse facile ex tota illius loci conexione elucet. Chabriam autem archontem fuisse ol. 91, 2=415/4 uidemus e Diodori XIII 2, idemque Dioclem inter archontes olympiadis 92, 4=409/8 refert. Qui inter horum duorum uirorum magistratus circumacti sunt septem anni, si adnumerantur septem illis Laidis meretricis annis, quae $\acute{\epsilon}\pi\tau\acute{\epsilon}\tau\iota\varsigma$ in *Sicilia capta esse dicitur*, efficiuntur quattuordecim illi Laidis aetatis

anni, quos usque ad Dioclem archontem praeteriisse scholiasta ratione inita inuenit. Dioclis igitur anno nihil significari putandum, est nisi quo tempore ex huius scholiastae sententia Plutus in scenam commissa sit, id quod optime congruit cum eo anno, quem supra computatione definiueramus.

Eodem anno Plutum priorem doctam esse etiam inuenissemus, si scholiastam u. 972 ducem secuti essemus. Is enim secundum Philochorum senatores *ἐν τῷ πρὸς τούτου* (scil. *δράματος*) *ἔτει κατὰ γράμμα* sedere coepisse commemorat paulloque post hunc annum accuratius definit Glaucippi archontis nomine allato, quem ol. 92, 3=410/9 archontem fuisse e Diodori XIII 43 edocemur. Est igitur reuera Glaucippus is, qui ante Dioclem magistratum eponymum obtinuit.

§. 2. Constituto nunc utriusque Pluti recensiois anno ita, ut priorem anno 409/8, posteriorem anno 389/8 in scenam commissam esse putandum sit, iam accedimus ad quaestionem grauissimam deque qua inter uiros doctos magna est dissensio: quaerendum enim nunc est, utram superstitem legere sibi uisi sint ueteres interpretes Pluti editionem.

Atque si eam, quae fabulae praefixa est, didascaliam sequimur, posteriorem se tractare Plutum arbitrabantur. In argumento enim quarto sic scriptum legimus: *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικαχάρου κτλ. τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῶδιαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι κτλ.* Huic quidem sententiae non repugnant alii complures scholiastae, qui in rebus ex posterioris temporibus Pluti commemoratis ne minimum quidem offendunt, quos sane offensuros fuisse putandum, si priorem sibi Plutum legere uisi essent. Sic in scholio ad u. 173 primo itemque in secundo ad eundem uersum et inde a quarto usque ad finem uerba ea quae sunt:

τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει;

ita explicantur, ut dubium non uideatur, quin qui ea scripserit aut alteram se Plutum legere arbitratus sit aut prioris ne notitiam quidem habuerit; sic porro in scholiis ad uu. 174, 176, 180, 290, 303, 314, 515 de Pamphilo Agyrrbioque, de Timotheo, Philoxeno, Philonide deque Cereris nomine eo quod est *Ἀηώ* ita agitur, ut ei qui scripsit se alteram Aristophanis fabulam manibus terere apertum fuisse uideatur, nisi forte eos duplicem Pluti editionem omnino ignorasse statuere mauis. Illud tamen mihi similis ueri esse uideretur, quoniam haec scholia maximam partem non talia

sunt, ut ipsorum scholiastarum *αὐτοσχεδιάσματα*, contra a uiris satis literatis profecta esse uideantur, qui si illorum, quos huc referrent, locorum memores erant, non uideo, cur eis Pluti duplicem recensionem prorsus ignotam fuisse iudicem: illud inquam mihi probabilius uideretur, nisi prorsus aliam ingredi uiam praestare existimarem.

§. 3. Exstant enim inter scholiastas ei quoque, qui non posteriorem, sed priorem Pluti fabulam legere sibi uisi sint, eique minime uiles, sed qui ex auctoribus satis antiquis sua hausisse putandi sint. Qui quid iudicauerint, quoniam maximi momenti est, singulorum pertractabo ipsa uerba.

I. Atque primum afferam testimonium scholiastae ad u. 972. Is enim ad uersum 972 explicandum qui est:

ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἐπινες ἐν τῷ γράμματι;

haec adnotat: *παρ' ὑπόνοιαν ἀντι τοῦ ἐδίκασες. ὅτι δὲ κατὰ γράμμα ἐκλήρουντο (scil. οἱ δικασταί), προείρηται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐβούλενον οὗτοι τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἀρξάμενοι· φησὶ γὰρ Φιλόχορος, ἐπὶ Γλαυκίππου καὶ ἡ βουλή τότε πρῶτον κατὰ γράμμα ἐκαθέζετο.* Glaucippus autem quia, ut supra uidimus, archon erat eponymus anni 410/9, inde luculentissime consequitur, qui haec uerba scripserit, eum Plutum priorem sibi tractandam esse censuisse.

II. Idem colligendum est ex uerbis scholii ad u. 1146, ubi ad explananda Mercurii uerba haec:

μὴ μνησικακῆσης, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες·

postquam lex illa obliuionis notissima allata est, idem uel alius quidam interpretes sic dicere pergit: *ἀλλὰ ταῦτά γε οὐπω ἐπέπρακτο οὐδὲ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἤδη ἦν, ἀλλὰ καὶ, ὡς Φιλόχορός φησιν, πέμπτῳ ἔτει ὕστερον νίκης (sic haud scio an optime suppleri possit) τῆς Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ. τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκῶν ἐνθάδε ὀλιγορῆσαι τῆς ἀλογίας ταύτης, ἣ καὶ ἀντὸς ὁ ποιητῆς ὕστερον ἐνθελίναι.* Etenim haec quoque qui perlegerit, ei dubium non erit, quin hic scholiasta se priorem Aristophanis Plutum manibus terere sibi uisus sit, hoc tamen discrimine ab illo scholiasta intercedente, ut, cum rem quandam perstrictam uideret, quae quinque annis post Plutum priorem doctam euenisset, hanc *fabulam non meram priorem, sed locis quibusdam ex illa in hanc translatis interpolatam et quasi contaminatam esse statueret.*

III. Eodem modo ex similibus difficultatibus, quibus tamen implicitus non esset, nisi praeiudicata cum opinione ad fabulam interpretandam aggressus esset, expedire se conatus est scholiasta tertius u. 173, ubi uersus ille: τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει; ita explicatur: ὡς ἀεὶ ξενικὸν τι ἐχόντων τῶν Κορινθίων, καὶ οὐχ ὡς ἐνιοὶ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν δευτέρῳ φέρεσθαι, ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον· εἰ μὴ, ὅπερ εἰκὸς, ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου τοῦτο μετενήνεται. ἐκεῖ γὰρ ὀρθῶς ἔχει. ἤδη γὰρ ὁ Κορινθιακὸς πόλεμος συνέστη τρισὶν ἢ τέτρασιν ἔτεσι πρότερον τοῦ Ἀντιπάτρου, ἐφ' οὗ ἐδιδάχθη, καὶ τὸ συμμαχικὸν ἐπανήθροιστο ἐν Κορίνθῳ.

Sed haec sana esse non possunt mirumque sane uidetur, quod ne Hemsterhusius quidem uel Ritterus, iudices critici alioquin sagacissimi, in his uerbis offenderunt. Nam, quo euentius haec uerba corrupta esse appareat, quid dicit scholiasta? Corinthios, quia hic uersus in Pluto posteriore legatur, semper milites mercenarios aluisse putandos esse, non, ut nonnulli censuerint, illo tantum tempore; sed etiam melius haec uerba explicari posse, si ea ex posteriore Pluto translata esse statuatur. Quo autem translata sunt ex posteriore Pluto haec uerba? In eam scilicet, quam legebat scholiasta, fabulam, quam posteriorem esse dixerat. Haec corrupta esse et aliquo modo emendanda quis est quin intellegat?

Intellexerat hoc iam Heldermannus in quaestionibus suis de Aristophanis Pluto conscriptis p. 5 ibique legendum proposuerat: δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν τῷ προτέρῳ φέρεσθαι, . . . εἰ μὴ, ὅπερ εἰκὸς, ἐκ τοῦ δευτέρου τοῦτο μετενήνεται. ἐκεῖ γὰρ ὀρθῶς ἔχει. Sed ne haec quidem emendatio probari potest recteque Heldermanno iam Bambergius in Fleckeiseni annalium vol. XCV, p. 403 illud opposuit: uerba quae sint: ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον, coniungi non posse cum eis, quae sint: ἐκ τοῦ ἐν προτέρῳ φέρεσθαι.

Sed in codicum scriptura quoniam neminem acquiescere posse supra me satis ostendisse arbitror, uideamus, an felicior coniecturam in lucem proferre possimus. Et quoniam prius illud numerale quod est δευτέρῳ in προτέρῳ mutari non posse uidimus, haud scio an in propatulo sit, ut alterum illud numerale num in προτέρου corrigi possit, consideremus. Sed haec quoque coniectura reiicienda est propter ea, quae proxime sequuntur uerba: ἐκεῖ γὰρ ὀρθῶς ἔχει. Nam illud ἐκεῖ quin, si recte emendassemus, ad priorem Plutum referendum esset, dubium non est: ad priorem

autem Plutum si illud *ἐκεῖ* pertinet, tum uerba haec: *ἤδη γὰρ ὁ Κορινθιακὸς πόλεμος συνέστη τρισὶν ἢ τέτρασιν ἔτεσι πρότερον τοῦ Ἀντιπάτρου* cum eis, quae antecedunt, construi omnino non iam possunt. Plutum enim priorem a. 408 doctam esse supra uidimus, bellum uero Corinthiacum ol. demum 96, 3 = 394 a. Chr. geri coeptum esse tradidit Diodorus XIV 86: *ὁ πόλεμος οὗτος ἐκλήθη Κορινθιακός* coll. cpp. 85, 82, 54.

Sed non prorsus frustra hoc periculum factum, aliquid sane lucri inde redundat. Iam enim cognoscimus, fortasse tamen prius illud numerale *δευτέρῳ* in *πρωτέρῳ* corrigendum esse neque uero hoc solum, sed etiam uerba ea, quae sunt: *ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον*, transponenda esse post uerbum *μετενήνεκται*, ita ut totus hic locus haud sciam an sic emendandus sit, ut scribamus: *δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν πρωτέρῳ φέρεσθαι· εἰ μὴ, ὅπερ εἰκὸς, ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου τοῦτο μετενήνεκται, ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον. ἐκεῖ γὰρ ὀρθῶς ἔχει. ἤδη γὰρ κτέ.*

Sic si scribimus, omnia optime inter se cohaerent et clarissima sunt neque profecto quidquam est, quod hanc, quae mihi unice uera esse uidetur, coniecturam reiciamus. Rem autem, si recte coniecimus, prorsus eandem habes atque in scholiis uu. 972 et 1146; putauit enim is, qui haec conguessit, se priorem Plutum manibus terere itemque atque scholiasta u. 1146, ubi facti alicuius posterioris aetatis mentio ei occurrit, statim in eam sententiam abiit, ut priori Pluto nonnullos posterioris fabulae uersus insertos esse opinaretur.

IV. Paulo alia est condicio scholii ad u. 179 primi, ubi scholiasta Laidem quattuordecim demum annos natam iam tantam meretricis famam sibi peperisse miratur, ut ab Aristophane in Pluto priore perstringi posset. Sua igitur sententia etiam is priorem Plutum tractabat, id quod nisi per se facile e scholii capite (*ὅτι Ἀριστοφάνης οὐ λέγει σύμφωνα κατὰ τοὺς χρόνους*) eluceret, uel ex eis confirmaretur uerbis quae sunt: *ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ἰδ', ὥστε ἄλογον διὰ ὀνόματος αὐτὴν ἐπαίρειν. ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ ἐπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθέντι ἐπὶ Διοκλέους*. Haec enim, quia bona sententia exsculpi non potest, certissime cum Hemsterhusio sic corrigenda sunt, ut legatur: *ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι ἐπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθέντι ἐπὶ Φιλοκλέους*. Philocles autem, cuius *nomen saepius a grammaticis scholiasticisque in Dioclis nomen corruptum est* (cf. Prolegg. de comoedia III 81 Duebn.), archou epo-

nymus fuit ol. 97, 1 = 392/1, i. e. septendecim annis post Dioclis magistratum, quem ad annum 409/8 referendum esse supra iam exposueramus. Cf. Diodori XIV 94. XIII 54. Sua igitur, inquam, sententia etiam is priorem Plutum tractabat, sed ita a scholiastis uu. 1146 et 173 differt, ut, quomodo haec difficultas soluenda sit, reticuerit.

§. 4. His de priore Pluto testimoniis luculentissimis duo addenda sunt non dicam minus certa, sed minus dilucida, alterum e scholio u. 385, alterum e scholio u. 550 desumptum. Quamquam enim in neutro scholio disertis uerbis de duplici Pluti editione explanatur, tamen ex eis, quae scholiasta apposuit, elucere euidentissime arbitror, illum in rebus a poeta commemoratis ea sola de causa offendisse, quod eas ad Plutum priorem, quam legere sibi uidebatur, minus quadrare intellegeret.

I. Scholii enim ad u. 385 adscripti auctor postquam dubitari exposuit, utrum 'Pamphili Heraclidae' tragoedia an tabula picta fuerint, primum de Pamphilo ita disserit, ut tragicum poetam eum fuisse non posse demonstret, quia nullus eius nominis in didascaliiis poeta commemoretur, deinde exstare quidem tabulam pictam narrat, in qua Heraclidae et Alcmena et Herculis filia, Eurysthei timore commoti, Atheniensium auxilium implerent, sed eam tabulam non, ut aiant, a Pamphilo pictam, sed Apollodoro tribuendam esse.

Sed priusquam nunc disserere pergam, ut ea quam proponam interpretatio ab aduersariorum dubitationibus tuta fiat, meum erit ea praemittere, quibus demum praemissis ea quam prolaturus sum sententia ex illo scholio exsculpi poterit. Quaeritur igitur, utrum Pamphilus poeta fuerit an pictor. Poetam eum non fuisse e didascaliiis arguitur, e quibus quae proferuntur, ea semper fide dignissima esse pridem constat inter uiros doctos. Pictorne igitur fuisse putandus erit? At ne ita quidem statuere licet ex eis, quae scholiasta exposuit; nam quae exstitit Heraclidarum tabula, ea non Pamphili, sed Apollodori fuit. Itaque si scholiastam sequimur, nec poeta Pamphilus fuit neque pictor. Sed quemnam illum Pamphilum fuisse putabimus? Welckerus (Griech. Trag. p. 710) difficultatem omnem tollere sibi uisus est Pamphilum fortasse non quidem poetam tragicum, sed histrionem fuisse coniciendo, qui in Heraclidis fabula Euripidea primas partes male egisset ideoque in Aristophanis odium incurrisset; quam sententiam arripuit etiam Brunn in libro illo celeberrimo, cui inscriptum est: *Geschichte der griechischen Künstler*. Sed ne nunc quoque ita statuamus, *prohibemur credo titulis eis, quos publici iuris fecit Koehlerus in an-*

nalium archaeologici instituti Germanorum Atheniensis uolumine tertio. Illic enim fabularum non poetas solum, sed etiam primarum partium actores in eis titulis per formulam: ὑπεκρίνετο ὁ δεῖνα nominari solitos esse edocemur, quibus 'didascaliarum' fundamentum atque fons continetur. Actorum autem primarum partium nomina reuera etiam in 'didascalias' recepta esse luculenter apparet e Pacis didascalia, ubi expresse traditum est: τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος; eiusdem rei testimonia, ut mihi quidem uidetur, fortasse habenda erunt etiam Philonidis et Callistrati nomina in didascaliis commemorata. Si igitur Pamphilum histrionem fuisse a Welckero recte statutum esset, eius nomen in didascaliis inesse debuit idque eo magis debuit, quod certissime breui ante Plutum doctam h. e. post Euripidis mortem Pamphilus primi actoris munere male functus esse putandus est, si modo Aristophanis uerba quid sibi uellent a spectatoribus perceptum esse putamus: eorum enim, qui antiquas optimorum poetarum fabulas iterum docendas curabant, nomina in titulis illis non nominata tantum sunt, sed primo loco nominata, ut e. g. παλαιᾶ· Νεοπτόλεμος Ἰφιγενεία Ἐυριπίδου; παλαιᾶ· Νεοπτόλεμ[ος] Ὀρέστη Ἐυριπίδου; [παλαιᾶ· -ὸ]στρ[α-τος] [— — -ι Ἐυ]ριπίδου etc. etc.

His de causis ne histrionem quidem Pamphilum fuisse arbitrari licet. Sed tum quid huic loco faciemus? Diu multumque de eo meditatatus forte fortuna ego rectam interpretationem mihi uidebar inuenisse, hunc Pamphilum eundem hominem esse statuendo atque qui ab Aristophane commemoratur etiam in uersu 174:

ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται;

Illic enim adnotauit scholiasta: Πάμφιλος, ὅστις γεγένηται κλέπτῃς τῶν δημοσίων, οὐσίαν ἐδημεύθη. ἐκ τούτων δὲ ἐσπουδακότα πλουτεῖν κλαύσεσθαι φησιν ἄλόντα ἐπὶ κλοπῇ δημοσίων. Praeterea ex uesparum uu. 568 sqq., 976 sqq. et Platonis Apologiae p. 34 C saepissime etiam liberorum mulierumque lacrimis reos iudicum misericordiam concitare conatos esse constat. Haud igitur dissimile quid ueri statuisset mihi uidebar, si etiam Pamphilum peculatus reum ad idem artificium ita confugisset mihi persuasissem, ut per totam urbem eius lamentationis fama discurreret, itaque facile Aristophanis uerba eam perstringentis recte intellegi possent. Perstringi autem illam lamentationem ita opinabar, ut Heraclidarum nomine liberi mulierque iudicum misericordiam implorantes ab Aristophane significari putarem. Sed quamuis magnopere laetatus, cum ad hanc interpretationem peruenissem, tamen postea eam reiciendam

esse in dies magis uidebam. Si enim ad talem lamentationem referendae essent ‘Pamphili Heraclidae’, dubium non est, quin de Pamphili crimine iudicium iam factum esse statuendum sit. Sed ex eodem quem supra attuli u. 174 illud iudicium nondum factum, sed iam futurum esse apparet, cum illic futurum tempus (*κλαύσεται*), non perfectum uel aoristum legas. Itaque hanc quoque meam sententiam iam missam faciamus.

Sed Aristophanis locum quemadmodum interpretabimur? Cum aliorum uirorum doctorum nouae opiniones, quod quidem mihi innotuerit, prolatae aut defensae non sint ac ne ego quidem nouas uerique similes excogitare possim: nihil, credo, aliud relinquitor quam ut tamen Pamphilum aut poetam aut pictorem fuisse ita putemus, ut scholiastae uerba aut errorem continere aut male intellecta esse statuamus. Ac profecto mox apparebit tamen, quamuis ueri dissimile uideatur, per scholii condicionem utrunque facere licere, ut Pamphilum uel poetam uel pictorem fuisse putemus; ultra uero sententia melior ac praefenda sit, nunc non est disceptandum, ex eis autem, quae dicturus sum, facile erit diiudicatu. Illud unum nunc mihi agendum est, ut, utramcumque sententiam arripueris, certe huius quoque scholii auctorem priorem Plutum legere sibi uisum esse eluceat.

Atque primum Pamphilum pictorem fuisse cum Winckelmanno (operum uol. VI, part. I p. 85; Geschichte der Kunst, part. II p. 682), Meyero (Kunstgeschichte p. 166), K. O. Muellero (Prolegg. z. Mytholog. p. 400) aliisque multis ponamus. Hoc si statuimus, illum iam ad eam aetatem prouectum fuisse, ut a comico perstringi posset, fere ridiculum est uel uerbo quidem commemorare. Nihilominus scholiasta haec uerba fecit: ὁ δὲ Πάμφιλος, ὡς εἰοικε, καὶ νεώτερος ἢν Ἀριστοφάνους, h. e. Pamphilus post Aristophanem demum floruit, ita ut ab eo nominari non posset. Hoc enuntiatum, si modo Pamphilum Aristophaneum pictorem esse statuimus, ita tantum explicari poterit, ut illum scholiastam priorem Plutum legere sibi uisum esse tibi persuadeas: hoc statuto sane illi Pamphilum Aristophane aetate posteriorem uideri potuisse concedes. Quoquo te uerteris, si Pamphilum pictorem fuisse arbitraris, aliam scholiastae uerborum explicationem numquam inuenies.

Sed fortasse poeta tragicus fuit ille Pamphilus; itaque hoc nunc statuamus. Scholiastam igitur, qui in didascaliiis nullum eius nominis poetam tragicum commemorari scripsit, nonne errasse eum uel non satis diligenter didascaliarum libros peruoluisset putandum erit? *Minime*, quia nusquam hoc a scholiasta dictum est. *Apud*

scholiastam hoc tantum scriptum uidemus ante hoc tempus in didascaliiis nullum commemorari poetam tragicum: *ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις πρὸ τούτων τῶν χρόνων οὐδεὶς φέρεται τραγικός*. Sane incertum est, quid sit 'hoc tempus'; sed hoc iam concedes scholiastae uerba ita concepta esse, ut in didascaliiis sane poetam tragicum commemoratum fuisse ueri simile sit, non quidem ante hoc tempus, sed postea. Quid igitur? si Pamphilum tragicum esse statuis, num quid aliud relinquitur quam ut uerba *πρὸ τούτων τῶν χρόνων* ad annum 408, h. e. ad prioris Pluti tempora referenda esse tibi persuadeas? Cf. Fuhr, *Musei Rhenani uol. V* 1836 p. 427.

Quae cum ita sint, in scholio quoque 385 habemus interpretem simillime dubitantem atque qui ad u. 179 haec adnotauit *ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ἰδ', ὥστε ἄλογον δια ὀνόματος αὐτὴν ἐπαίρειν*, sed certissime non dubitasset, nisi priorem sibi legere Plutum uisus esset.

II. In altero quod attuli scholio ad u. 550 idem statuendum. Ibi enim ad explicandum hunc Aristophanis uersum:

ὕμεις γ' οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον εἶναι ὅμοιον

quae afferuntur scholia, ea omnia in duo certissime genera secerenda sunt, ad quorum hoc uel illud singula referri possunt.

a) Atque ad primum scholorum genus haud dubium est, quia trahenda sint scholia ea, quae secundo et tertio loco continentur, quorum formam integriorem in illo magis esse seruatam putandum erit, quia illius redactor de Thrasybulo et Dionysio se nihil certi compertum habere profitetur: 'fortasse pertinax ille et arrogans (rechthaberisch und anmassend: Frohberger, *Philolog.* 17, p. 446); Dionysii autem duo fuisse uidentur, quorum alter erat uir insanus, alter, ut uidetur, salsamentarius.' Quae uerba insequens scholiasta ita deprauauit, ut, quod ille cunctanter enuntiauerat, hoc pro certo affirmaret: 'alter (i. e. Thrasybulus) est uir pertinax et arrogans, alter (Dionysius) est uir insanus et, ut uidetur, salsamentarius.' Haec duo scholia inter se coniungenda esse per se apparet; neque uero ex eodem ea fonte fluxisse dubito contendere atque illud, quod exstat ad Ecclesiazusarum u. 203, ubi simillime scriptum: *οὔτος (Θρασύβουλος) ἀνθάδης καὶ δωροδόκος, ὑπερόπτης ᾧν τοῦ δήμου*. Qui illius Ecclesiazusarum scholii quasi parens est, ad eundem etiam secundum tertiumque ad Plut. u. 550 scholia referenda sunt.

b) *Iam ad alterius generis scholia eruenda accedamus, quorum*

formam integerrimam facile statuere licet scholiis primo ac quarto inter se comparatis. Exceptis enim primis utriusque scholii uerbis inde a uocabulis ὡς εἴ τις λέγει omnia ad uerbum congruunt cum scholio posteriore, quod secundum eum qui in scholiorum collectione Parisina receptus est ordinem incipit a linea 40: καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι. Praetera dubium non est, quin huc trahenda sint etiam uerba quae sunt: ἢ ὅτι ὁ μὲν Διονύσιος τύραννος, Θρασύβουλος δὲ δημοφιλῆς et scholia quintum et septimum et sexti dimidium; alterum dimidium ad primum genus referendum est. Haec scholia omnia cum uerbis tum rebus tam similia inter se sunt, ut sine dubio ex eodem quasi fonte deriuata ea esse ita putandum sit, ut huius scholii auctor plura diligentius, illius pauciora neglegentius excerpserit.

Disperditis nunc huius quoque generis scholiis etiam ex his colligamus, quomodo eorum primus auctor de Thrasybulo cogitauerit, quo luculentius appareat recte ea quae adhuc tractaui scholia in duo genera diuisa neque ad unum relata esse. Vt enim illius Ecclesiazusarum scholii parentem etiam secundum tertiumque ad Plut. 550 scholia composuisse similitudo docuerat, ita a quo hoc conceptum est, eum certe non scripsisse alterius generis scholia dissimilitudo iudiciorum de Thrasybulo factorum Dionysioque clamat. Qui enim cogitari potest, ab eodem auctore eundem uirum modo ἀξιωματικόν, ἀνθάδη, ὑπερόπτην τοῦ δήμου, modo δημοφιλῆ, ἐραστὴν τῆς δημοκρατίας, φιλόπολιν, παντὸς λόγου κρείττω appellari? Sed quid loquor? eundem uirum tamque celeberrimum in aestimationes tam toto caelo diuersas incurere nonne uel hoc perquam ueri dissimile est? Mihi quidem uidetur, quamquam Frohbergerus, Philolog. 17, 446 ad eundem omnia patriae liberatorem pertinere statuit; atque ita ut mihi uideatur, illud potissimum me adducit, quod quae collegit Frohbergerus de Thrasybulo iudicia iniqua, ea fere omnia praeter Lysiae orationes his scholiastarum testimoniis continentur. Scholiastae autem, quoniam ex Aristophanis uerbis nusquam apparet, utrum Collytensis an Stiriensis intellegendus sit, nonne etiam de Collytensi cogitare ad eumque pertinentia colligere potuerunt, de quo sane apud Lysiam (26, 13 et 23), Aeschinem (Ctesiph. §. 138), Demosthenem (in Timocr. p. 742, §. 134) talia memoriae prodita sunt, ut scholiastarum iudicia iniqua non magis ad Stiriensem quam ad Collytensem referri possint. Sed non est aut meum aut huius loci hanc quaestionem diiudicare; satis est eam tetigisse. Ad id, quod nobis propositum erat, satis effectum erit, ubi, si non in altero scholiorum genere

alius atque in altero Thrasybulus intellegendus sit, certe non ab eodem auctore hoc atque illud genus conscriptum esse apparuerit; hoc uero iam nemo erit, quin concedat.

c) Sed tandem aliquando ueniamus ad uerba ea quae sunt: *μᾶλλον δὲ ἄν τις ὑπονοήσειεν ἕτερον Διονύσιον Θρασυβούλον τοῦ Κολλυτέως ἀδελφὸν <ῆ>* (hoc iure inseruit Hemsterhusius, quem ceteri sequuntur) *ἔγγιστα συγγενείας εἶναι*. Hanc explicationem Didymi esse ex insequentibus euidentis est. Sed quomodo fieri potuisse nobis persuadebimus, ut, postquam ab Apollonio pridem ea quae unice recta est explicatio de Dionysio tyranno et Thrasybulo patriae liberatore (haud ignoro aliter iudicauisse Fritzschiem, quaest. Aristoph. p. 236) inuenta ac litteris mandata est, Didymus, uir alioquin sagacissimus, recideret in interpretationem tam absonam uerique dissimilem et quam nullis testimoniis firmare posset?

Sed quid dixi! Apolloniumne illam explicationem proposuisse? Vnde hoc scitur? Minime quidem ex codicibus hoc constat, sed e coniectura satis certa hunc in modum emendandum est. In codicibus autem sic legitur: *μᾶλλον δὲ ἄν τις ὑπονοήσειεν . . . συγγενείας εἶναι. καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι σαφέστερον οἶδεν ἢ κατὰ Δίδυμον*, quae Hemsterhusius sic corrigere uoluit: *καὶ ἐν Γηροτάδῃ σαφέστερον οἶδεν. Ἢ κατὰ Δίδυμον ὡς εἰ τις λέγοι κτλ.* Sed ei recte mihi opposuisse uidetur O. Schneider, l. c. p. 14 huic emendationi obstare constantem scholiastarum loquendi usum, secundum quem, ubi nouum scholium incipiat, nusquam particula ἦ, sed semper ἄλλως uel δέ usurpata sint. Quae autem ipse legenda proposuit Schneiderus: *καὶ ἐν Γηροτάδῃ* (uel *ἐν Δηλιάσιν*, quae Cratini fuit fabula) *σαφέστερον ἢ Ἵναῦθα Δίδυμος*, ut iam a Dindorfio, qui tamen codicum lectionem imprudenter defendit, improbata, ita a Mauricio Schmidtio felicissima substituta coniectura prorsus reiecta sunt. Is enim in editione sua fragmentorum Didymeorum p. 290 sq. collatis eis, quae exposuit Meinekius in Analect. Alexand. p. 184 sic scribendum esse recte, ut mihi uidetur, proposuit: *καὶ Ἀπολλώνιος σαφέστερον οἶδεν [ῆ] κατὰ (γε) Δίδυμον* eaque sic explicat: Apollonii huius loci interpretatio euidentior est quam Didymi explicatio ('Apollonius' Verständnis der Stelle ist einleuchtender im Verhältnis zu Didymos').

Sed ut redeat oratio unde digressa est, quomodo Didymus in explicationem tam absonam incidit, quam ipse scholiorum collector *Symmachus reiciendam* esse intellexeret? Hoc, mihi crede! *numquam inuestigabitur nisi* auxilio adhibuerimus ea quae supra tracta-

uimus scholia uu. 972, 1146, 173, 179. Didymus igitur ab Apollonio Aristophanis uersum sic explicatum inuenit, ut Thrasybulus, notissimus ille patriae libertatis uindex, Stiria demo oriundus, Dionysius Syracusarum tyrannus intellegendus esse diceretur. Sed quoniam hoc a prioris Pluti tempore, quam ipse quoque se legere arbitraretur, abhorrere uidebat, Dionysium et Thrasybulum non notissimos illos uiros intellegendos esse adnotauit, sed alios quosdam homines cognomines. Quaerebat igitur, quosnam potissimum poeta significare uoluisset; quid autem quaerenti facilius ei in mentem uenire poterat quam ut eos fratres natura ingenioque inter se dissimiles esse putaret? Itaque Dionysium fratrem esse dixit dissimillimum Thrasybuli Collytensis. ‘Sed quanam re inter se dissimiles fuerunt? Hoc Didymo nonne explanandum erat?’ Certissime; explanasse quoque eum de hac re arbitrator. ‘Intercideruntne igitur, quae exposuit?’ Fortasse; sed ex eis, quae paulo ante de Thrasybulo Collytensi disserui, uel ipse me aliter iudicare suspicaberis; ac recte quidem. Mea enim sententia ea, quae Didymus de Thrasybuli Dionysiique dissimilitudine explanauerat, scholiis primi generis continentur, quae modo ad Thrasybulum Collytensem, non Stiriensem referenda esse conieci. Quam ad sententiam defendendam duabus potissimum obseruationibus impellor, quas saepissime confirmari uidi. Abducunt enim teste M. Schmidtio fere omnes eae explicationes ad Didymum auctorem, quibus aut similes aliorum poetarum locos inspicere iubemur aut ea, quae ad uersum explicandum afferuntur, coniectura tantum inuenta esse monemur. Vtrumque autem hoc quem tractamus loco fieri uidebis, si animum attenderit ad particulam *μήποτε*, h. e. fortasse bis insertam, ad Polyzeli uersus allatos, ad dubitationem de Dionysio relictam (*ὁ μὲν τις — φαίνεται, ὁ δὲ, ὡς εἴκειν*).

Quae cum ita sint, haud magnopere, credo, uerendum mihi est, ne in audaciae famam incurram, si scholiis primi generis partem Didymaeae explicationis contineri contendero ueri simile esse. Sed hoc utut est, de hac re iam nihil dubitationis relictum esse arbitrator, quin Didymus ob eam solam causam interpretationem illam tam dissimilem proposuerit, quod priorem Pluti editionem manibus terere sibi uisus sit.

§. 5. Et quoniam nunc ex sex scholiastarum explicationibus partim certissime, partim ueri simillime eos priorem Plutum tractare sibi uisos esse collegimus, iam ad eam difficultatem soluendam accedamus, quae nunc oborta est. Supra enim postquam, si sequeremur didascaliam in argumento quarto seruata, interpretes

ueteres Plutum posteriorem legisse ostendi uideri posse, complures etiam locos attuli, ex quibus didascaliae memoriam rectam esse colligere posses, nisi esset, quod aliter iudicarem. Nunc uero aliquot scholiastas se priorem Plutum legere sibi uisos esse apparuit. Hanc difficultatem facillime in hunc fere modum submouebimus. Quotquot enim supra tamquam ad didascaliam fulciendam attuli scholia, in eorum nullo a scholiastis se posteriorem Plutum tractare disertis uerbis declaratur; quam sententiam si eos habuisse arbitrari uis, hoc ex eorum silentio efficiendum est, quo quasi inuoluti priorem Plutum praetereunt. Hoc sane colligere liceret, si ex omnibus Pluti scholiis idem concludendum esset. Vt autem argumenta illa quae uocantur ex silentio, uel per se suspicioni obnoxia et fere semper futilia ac caduca sunt, sic hoc potissimum loco ad ea confugere ne opus quidem est: eni enim patefacta est nobis ad optimam rationem uia. Nam quoniam quaecumque nobis tradita sunt scholia Aristophanea, ea omnia ex uno pleraque commentario siue Symmachi siue Didymi congesta esse constat ab hominibus posterioris aetatis eis, qui praeter hunc commentarium uel non iam habebant, unde bonas notitias haurirent, uel interpretandi tam ignari erant, ut nos quoque eorum interpretationes facile agnoscamus; quia praeterea illud accedit, quod omnia illa scholia ad Plutum, ut uidetur, posteriorem pertinentia ea sunt, ut ex illo commentario ea quoque hausta neque a scholiastis demum ficta esse putanda sint, cum praesertim in nullo eorum uel loci similes Aristophanis aliorumque poetarum uel auctorum nomina uerbaque non afferantur: his igitur de causis eam quam tractamus quaestionem ita sine dubio recte soluemus, ut eis, quibus Plutus prior commemoretur, scholiis maiorem uim tribuamus atque illa his subiungamus. Itaque ut summam rei tandem aliquando proferam, interpretes omnes se Plutum priorem legere censuerunt. Sed tantum aberat, ut hanc quam praeiudicauerant opinionem locis quibusdam inuentis cum temporum ratione non concinentibus statim totam dimitterent, ut hos locos in priorem ex posteriore translatos esse statuere non dubitarent, id quod ad nonnullos tantum uersus, quibus temporum ratio manifestissime laederetur, adnotare opus esse eis uidebatur. Ceteris locis, ubi simile quid adnotari poterat, se hoc iam compluries exponere meminerant ideoque idem iterum adscribere superuacaneum esse existimabant. Hoc modo facillime, ut mihi quidem uidetur, et probabilissime hae duae scholorum series inter se conciliabuntur; nam per se etiam alia explicatio excogitari potest, ut eos, qui ueterum interpretum libros ex-

cerpsissent, ea omisisse dicas, quae illi de temporum ratione adnotauerant; sed hoc ueri quanto dissimilius est.

§. 6. Verum hic aliquamdiu consistendum est neque ante ad cetera transire possumus, quam de scholio eo, quod ad explicandum uersum 1194 compositum est, uerba fecerimus. Ibi ad Chrengyli uerba quae sunt:

ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο δᾶδας ἡμένας

haec explicatio a scholiastis apposita est: ὅτι *Λυκόφρων*, ὡς ὁ *Ἐρατοσθένης* φησὶν, ᾠήθη πρῶτον τοῦτον δᾶδας ἡτηκέναι. πεποιήκει δὲ καὶ ἐν *Ἐκκλησιαζούσαις* αὐτό. ἀλλὰ γὰρ *Στράττις* πρὸ ἀμφοτέρων τούτων τοὺς *Ποταμίους* διδάσκων εἰς *Φιλύλλιον* ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα·

*ἡμεῖς τε πάντες ἔξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον,
ὅσοι πάρεστε μὴ λαβόντες λαμπάδας
μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φιλυλλίου.*

In annalium enim eorum, quibus nomen impositum est 'Literarisches Centralblatt', uolumine anni 1881 Bambergius, aliquando magister meus ueneratissimus, et indicium et indicium fecit de comicorum Atticorum fragmentorum collectione Kockiana atque sub finem eius censurae ita fere disputauit: Strattidis fabulam, quae inscribatur *Ποτάμιοι*, ante ol. 92, 4 = 408 in scenam commissam esse ex scholio ad Plut. u. 1194 conscripto concludere non licere; ibi non de priore, sed de altera Pluti editione agi, itaque Strattidis *Ποταμίους* non ante ol. 92, 4 = 408, sed ante ol. 97, 4 = 388 uel ante Ecclesiazusarum commissionem doctam esse.¹⁾ Haec uerba, praesertim cum profecta essent a magistro meo, cuius quanta esset ingenii acies, haud ignorarem, primo quidem adeo mihi imponebant, ut tota mea sententia non uacillare solum, sed corruere uideretur. Sed cum fieri potuisset nullo modo persuadere mihi possem, ut postquam semel uera ab Eratosthene inuenta essent, quibuscum omnia optime congruerent, ea ab Aristophanibus Byzantiis Aristarchique discipulis atque Didymis in dissimillima ueri commutarentur, quibus summae difficultates obstarent cum eisque consentiret nihil: haec cum mecum reputarem, nisi omnino, cur Didymus scholiastae-

1) Sunt autem eius ipsius uerba haec: 'Dass die *Ποτάμιοι* des Strattis vor Ol. 92, 4 aufgeführt seien, ist aus schol. Plut. 1195 nicht zu schliessen; es handelt sich hier nicht um den ersten, sondern um den zweiten Plutos, also nur um Ol. 97, 4 bezw. um die Zeit vor der Aufführung der *Ecclesiazusen*.'

que priorem Plutum legere sibi uisi essent, explicandi spem abicere et quasi miraculum statuere uellemus, scholiastae adnotationem non, ut Bambergius uoluit, ad alteram, sed ad priorem Plutum referendam esse in dies magis magisque intellexi. Iam autem quomodo hoc scholium explicandum sit, exponam.

Atque mea quidem sententia totius rei cardo in ea quaestione uertitur, quemnam per uocem *τοῦτον* significari putemus, utrum Aristophanem an Chremylum, qui hunc uersum pronuntiat. Chremylum si per pronomem *τοῦτον* significari statuimus, tum fieri non potest, quin in uerbis sequentibus quae sunt: *πεποίηκε δὲ καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις αὐτό* id contineatur, quod ei, qui per *τοῦτον* significatur, opponatur. Sententia igitur haec fere inesse putanda est: Lycophron hunc, i. e. Chremylum primum facem postulasse arbitratur, quod idem fere ualet atque: Lycophron in hac Aristophanis Pluti fabula primum facem postulatam esse arbitratur; at, inquit Eratosthenes, iam (*καί*) in Ecclesiazusis hoc factum est. Haec sententia per se sane inesse posset neque haberem, cur eam uituperarem, nisi tamen prorsus reicienda mihi uideretur esse propter uerba sequentia quae sunt: *ἀλλὰ γὰρ Στράτις πρὸ ἀμφοτέρων τούτων κτλ.*, quae latine ita fere interpretanda erunt: ‘at enim Strattis ante hanc utramque fabulam Potamios docens Philyllium hanc rem primum instituisse narrat.’ Si antecedentia uerba supra recte expressa sunt, nunc facere non possum, quin offendam primum in particulis quae sunt: *ἀλλὰ γὰρ*, deinde in uerbis *πρὸ ἀμφοτέρων τούτων*. Pro particulis enim *ἀλλὰ γὰρ*, quae proprie ad confutationem in orationem inserendam usurpantur, desiderarem *ἀλλά* uel *δέ*, cum ea, quibus Lycophronis sententia refellenda erat, uerba (*πεποίηκε δὲ κτλ.*) iam antea posita essent neque iam eis, quae sequuntur, aliud efficeretur quam alia sententia afferretur. In eis autem uerbis quae sunt: *πρὸ ἀμφοτέρων τούτων* propterea offenderem, quia Eratosthenes Lycophronem per uerba *πεποίηκε δὲ κτλ.* refutaturus uerbis sequentibus sibi ipsi contradiceret et quae modo dixerat, refelleret. Si igitur scholiasta adnotationem suam in hanc fere formam redegisset, ut scriberet: ‘Lycophron a Chremylo, i. e. in Pluto fabula primum facem postulari arbitratur; sed hoc falsum est (*ἀλλά*); nam (*γὰρ*) in Ecclesiazusis primum hoc factum est. Quamquam scio esse (*ἀλλά* uel *δέ*), qui non in Ecclesiazusis ab Aristophane, sed a Philyllio hoc primum factum esse censeant, quorum in numero est etiam Strattis, sed eis assentiri *non possum*’: si hoc fere modo scholiastae uerba concepta essent, *tum sane fieri non posset*, quin Eratosthenem alteram Pluti recen-

sionem significare uoluisse putaremus. Quoniam autem aliter disputauit scholiasta neque fieri potest, ut eius uerba ei, quam inesse uelimus, sententiae accommodemus et corrigamus, nihil relinquitur nisi ut per pronomen *τοῦτον* non Chremylum, sed Aristophanem ipsum indicari statuamus. Quod si fit, in hunc fere modum procedet oratio. Aristophani per *τοῦτον* significato per se intellegitur non eundem Aristophanem opponi posse per uerba: *πεποιήμει δὲ καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις αὐτό*, sed alium poetam obiciendum esse tamquam huius rei inuentorem. Dubium autem non est, quin eum, qui in ea re cum Aristophane de principatu contendat, Eratosthenes Philyllium nominauerit et ita nominauerit, ut non solum eum hanc rem primum instituisse diceret, sed etiam quo auctore nisus ad eam opinionem peruenisset, cum lectoribus communicaret. Quod autem Eratosthenes etiam locum ex Ecclesiazusis similem laudauit — si modo Eratosthenis esse haec uerba interposita putamus neque potius a librario posteriore adiecta, cui forte illorum Ecclesiazuson locorum in mentem uenisset —: non propterea hoc fecit, ut uel eo allato Lycophronis sententiam debilitaret¹⁾ (quod enim si putamus, statim eo redimus, ut per *τοῦτον* Chremylus significetur), sed ut Lycophronem etiam alios locos, Ecclesiazusarum uersus 978 et 1150 ad sententiam suam fulciendam adhibere potuisset demonstraret. Videmusne, ut nostra quoque memoria idem maximeque a scriptorum interpretibus fiat? Cuius usus, nisi longum esset, exempla multa afferre haud difficile esset. Totius igitur scholii sententiam hanc fere esse censendum est: 'Lycophron hunc poetam, i. e. Aristophanem primum hominem faces postulantem in scenam produxisse arbitratur; potuit conferre etiam Ecclesiazusarum uersus 978 et 1150. Sed tamen (*ἀλλά*) falsa est eius sententia; nam

1) Hoc enim si uoluisset, certe multo melius Lycophronis sententiam destruxisset, si nub. u. 1490 et pac. u. 1317 attulisset: hae enim fabulae ad aetatem multo remotiorem pertinent Ecclesiazusis. Ceterum a re alienum non erit hac quoque occasione uti demonstrandi, 'quam parum' ipsi grammatici Alexandrini temporum rationem habuerint. Eratosthenes enim certissime ipse quoque horum locorum meminerat; sed cum de Philyllii aetate non recordaretur, a Strattide Philyllium eius moris inuentorem nominari putauit, Strattidis locum minus recte interpretatus, cum e Strattide nihil aliud colligere liceat quam Philyllium illo more saepe usum esse; fortasse etiam nub. uersus 543 Eratostheni eam, quam e Strattide exsculperat, sententiam confirmare uidebatur, cum praesertim de eo uersu a ueteribus profecto falso iudicatum sit; cf. schol. nub. u. 543 et Ritterus, Philol. uol. 34, p. 454; sine dubio uero hanc interpretationem loci Strattidei falsam esse intellexisset nub. u. 1490 et pac. 1317 adductus, si Philyllium non ante has fabulae docuisse meminisset.

(γάφ) ex Strattidis 'Potamiis' fabula, quae est docta ante utramque Aristophanis comoediam¹⁾, Philyllium huius moris inuentorem esse concludendum est.²

Haec omnia optime mihi inter se cohaerere bonamque sententiam et ab omni uitio uacuum praebere uidentur eoque magis me rectum sensum adeptum esse spero, quod praeter Kockium etiam Meinekius hist. crit. uol. I p. 233 et Clintonus in fastis Hellenicis p. 103 in eandem sententiam inciderunt, quorum uirorum, licet me quidem in hac re iudicem prorsus incorruptum ac sine ira et studio disceptantem esse negaueris, hanc uel illam partem sequi aut huic illius sententiae fauere nihil interfuisse nemo non concedet.

Caput II.

Num utramque Plutum habuerint ueteres grammatici.

§. 7. Quamobrem quoniam scholiastas omnes priorem Pluti recensionem manibus suis terere sibi uisum esse demonstraui probauique, iam eam, quae nunc oboritur, quaestionem suscipiamus explicandam, quoniam modo, ut scholiastae priorem Plutum legere sibi uiderentur, potuerit accidere. Hoc autem duabus potissimum de causis factum esse contendo, altera, quod nec scholiastae neque ei, ad quos hi se applicabant, interpretes ueteres Alexandrini, duas Pluti recensiones manibus suis uersabant, altera, quod earum fabularum, quarum altera tantum editio eis superstes esset, sed quas bis in scenam commissas esse constaret, se priorem recensionem nactos esse initio saltem opinabantur. Hoc facile quisquis erit, ipse ita esse intelleget, ubi e. g. ad Callimachi de Nubibus sententiam in schol. nub. u. 552 commemoratam et ad Eratosthenis de Pace opinionem in arg. III seruatam respexerit (de qua infra fusius disputabitur). Illud uero, neque scholiastas neque eos, quos illi duces sequebantur, ueteres interpretes Alexandrinos, priorem Pluti recensionem habuisse ut facilius intellegatur, primum aliquantisper redeundum erit ad scholia illa, quae, ut utram Plutum scholiastae legissent, inuestigare, supra iam tractaui; nec tamen quaecumque supra iam exposui, ea nunc omnia recoquamus, sed nunc id potissimum nobis agendum erit, ut eis quam accuratissime examinatis ad antiquissimum quasi fontem descendamus.

1) Cum nos illa uerba quae sunt *πεποίηκε δὲ κτλ.* a librario posteriore adiecta esse censeamus, haec quoque uerba insertis demum illis *consentaneum est scripta esse* uel mutata; antea fortasse legebatur: *πρὸ τοῦτος (τοῦ δράματος) τοὺς Ποταμίους διδάσκων.*

I. Ducat agmen scholium ad u. 173. De quo quae enucleari possunt, lugendum est, quod paucissima sunt. Quae enim de exercitu illo mercenario deque bello Corinthiaco narrantur, ea haud scio an ad Philochorum referenda sint, quem de *στρατεύματι ξενικῷ ἐν Κορίνθῳ* accuratius egisse Harpocratio s. u. *ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ* memoriae prodidit. Ibi enim scripta leguntur: *συνεστῆσατο δ' αὐτὸ πρῶτον Κόνων, παρέλαβε δ' αὐτὸ Ἴφικράτης, ὕστερον καὶ Χαβρίας· ᾧ χρησάμενοι τὴν Λακεδαιμονίων μύραν κατέκοψαν στρατηγούντος αὐτοῖς Ἴφικράτους καὶ Καλλίου.* Quamquam enim non nimis multa inter hoc Philochori fragmentum et scholium illud conueniunt, tamen ubi neque hic neque illic mera Philochori uerba seruata esse reputaueris, fortasse scholii auctorem ex Philochori Atthide sua hausisse putare licet, praesertim si quis animaduernerit, quam saepe scholia Aristophanea ad Philochorum recurrant. Sed siue Philochori siue alius scriptoris sunt haec uerba, certe ab eo auctore composita sunt, qui de temporum ordine satis edoctus esset. Nihilominus iam a primis Aristophanis interpretibus ea excerpta et in commentarios comportata esse licet statuas. Nam qua erant socordia primi illi poetarum interpretes, facile credibile uidetur eos, utram Plutum interpretarentur, non curasse aut, si hoc statuere minus placet, inter interpretandum ne animaduertisse quidem, quae in u. 173 legerentur, ea cum prioris Pluti, quam tractare sibi uidebantur, temporum ratione discrepare. Sed hoc utut est, certe eorum adnotationes non tales fuisse affirmandum est, ut Didymo, ex cuius commentario, nisi omnia, certe ea, quae exquisitoris doctrinae speciem prae se ferant, fluxisse Mauricio Schmidtio ex animo assentior, persuadere possent, quae superstes esset, eam esse Plutum posteriorem, qui uir acerrimi ingenii sane hoc sibi persuasisset, si in priorum interpretum libris uel minimam inuenisset huius sententiae adumbrationem. Itaque siue primos commentatores ad hunc uersum uberiores adnotationes apposuisse statuis siue eos accuratius hunc uersum explicasse negas, hoc tenendum est, Didymum hunc uersum ita illustrasse, ut sua aetate unam tantum Pluti recensionem superstitem fuisse apertissime nuntiaret eandemque, quae ad nostram memoriam mansit.

II. De scholiis ad uu. 972 et 1146 si fusius explanare uellem, eadem quae de schol. u. 173 iudicauis, bis mihi repetenda essent; itaque de eis prorsus in eandem sententiam eundum esse satis habeo monuisse.

III. Transeo nunc ad scholium u. 550 excutiendam, quo in *contemplando simul* elucet, non iniuria in scholiis modo explanatis

dubitationes illas de Pluto priore ad Didymum relatas esse, cum non modo explicatio illa de Thrasybulo Dionysioque prorsus absona, sed totum hoc quoque scholium, quamuis diuersas sententias continens, e Didymi commentariis deriuatum sit. Sed hoc iam supra satis demonstratum est, itaque statim ad id transire licet agendum, quod summi momenti est, ut, quis fuerit ille Apollonius, in clariore luce ponam. Commemorantur enim sex in scholiis Aristophaneis Apollonii, quorum quaerendum est utrum unus an complures hoc loco intellegi possint.

Semel laudatur Apollonius is, cui cognomen fuit Acharnensi, schol. nub. 408. Quae autem ibi leguntur uerba: *‘Διασίοισιν· έορτή Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός . . . Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς τὰ Διάσια διακρίνει ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου έορτῆς, προσαρροεῦσθαι αὐτὰ λέγων, καθάπερ τινές φασιν, ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄσας’*, ea sententiam nostram eo dirigere uidentur, ut eum fortasse singularem *περὶ έορτῶν* librum nec commentarium Aristophaneum scripsisse putemus, cui coniecturae haud scio an subueniat Athenaei lib. V p. 191 F.

Semel deinde ipse quoque laudatur Apollonius is, qui uocabatur ὁ Μόλων; sed ne hunc quidem commentarium Aristophaneum composuisse ex ipsis scholii ad nub. 144 uerbis fit manifestum: *Χαιρεφῶντι καὶ ἡ Πυθία δοκεῖ τὸν περὶ τοῦ Σωκράτους χρησμὸν εἶπειν· σοφὸς κτλ. τοῦτον Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων ἐν τῷ κατὰ φιλοσόφων έψεῦσθαι φησι.*

Ac ne Rhodius quidem Apollonius commentarium scripsisse uidetur, quia ubi laudatur, iccirco tantum laudatur, ut similes ex eius Argonauticis loci afferantur.

Quartus inter horum uirorum doctorum cognominum ordinem est Apollonius Dyscolus. Nam quamquam a scholiastis nisi Apollonius cognomine omisso non appellatur, tamen ad hunc tres locos referendos esse apparet ex eorum ipsa materia. Huc pertinent schol. Plut. 103. Ran. 826. Eq. 22. Sed eius obseruationes quae laudantur tales sunt, ut facile ex eius arte grammatica depromptas eas esse existimare liceat neque eum peculiarem commentarium Aristophaneum conscripsisse putare opus sit.

Iam restant quattuordecim scholiorum loci, ubi Apollonius quidam, et unus, ubi Apollonius Chaeridis commemoratur. Diu ille idem esse atque hic putabatur; sed funditus hanc opinionem extirpauit Aug. Blau, de Aristarchi discipulis p. 55 sq. Hunc nihil nisi commentarium in Iliadem composuisse argui potest; contra ille certissime fuit is commentator, quem iam diu inuestigamus. Nam

quibuscumque locis Apollonii nomen inuenitur, ei inter se simillimi et tales sunt, ut eos in alio libro quam in commentario Aristophaneo inueniri potuisse haud facile tibi persuadeas. Discipulum eum fuisse Aristarchi, grammatici illius celeberrimi, luculenter demonstrauit Blau, p. 50 sqq.

At ex tota hac contemplatione quid lucri aufertur? Nonne hac nihil nos proficere apparet, quia Apollonius Aristophanis uerba recte ad Thrasybulum illum notissimum patriae libertatis uindicem et Dionysium tyrannum rettulit? Nonne is se posteriorem Plutum tractare censuisse clamat? Recte haec disputata uidentur, non sunt, neque uereor, ne quae dixi, ea incassum omnia explanauerim. Supra iam me similes dubitationes propulsare memini easdemque causas nunc facere non possum, quin magnam partem huc quoque traham. Nam primum Apollonius quamquam Aristarchi, summi grammatici, discipulus erat, tamen cauendum est, ne ab eo commentarium omnibus numeris absolutum conscriptum esse putemus, in quo ne tantillum quidem erroris inesset. Nihil igitur impedit, quominus eum quoque de priore Pluto cogitasse, sed nihilominus uersum aliquem recte interpretatum esse uel uideri arbitremur. Videmusne, ut in scholiorum congerie praeter illam Apollonii explicationem etiam aliae complures insint adnotationes, ex quibus si scholiastas Plutum posteriorem legere sibi uisos esse concluderes, hanc conclusionem falsam fore satis superque demonstraui mihi uideor. Porro si Apollonius Pluti fabulam ita explicauisset, ut Plutum eam, quam interpretaretur, posteriorem esse ex uerbis eius colligi posset, certissime Didymus, mihi crede! in tam peruersam sententiam numquam incidisset. Non igitur uideo, cur Apollonium ipsum quoque priorem Plutum tractare sibi uisum esse non arbitremur.

IV. Iam igitur usque ad Apollonii aetatem uel, quoniam ne hic quidem consistere licet, ad Aristarchi tempora descendimus, sed nondum usquam quemquam indagauimus, quem posteriorem Plutum sibi legere uisum esse affirmare possimus. Immo ne ultra quidem Aristarchi tempora quemquam de posteriore Pluto cogitasse contendo, testimonio usus scholio ad u. 179. Nouum in eo alius interpretis Aristophanei exstat nomen, Callistrati. Primum intellegere studeamus, quid ille de uersus 179 explicatione senserit. Postquam de Laide expositum deque eius aetate dubitatum est, scholiasta sic dicere pergit: *Φιλωνίδην δὲ οὐ τὸν ποιητὴν φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀριστοφανεῖσις ἐγγεγραμμένον δράμασιν, ὡς οἱ περὶ Καλλιστρατον <οἰοῦνται> ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες· ἀλλὰ κτλ. Ei*

dubitationes illas de Pluto priore ad Didymum relatas esse, cum non modo explicatio illa de Thrasybulo Dionysioque prorsus absona, sed totum hoc quoque scholium, quamuis diuersas sententias continens, e Didymi commentariis deriuatum sit. Sed hoc iam supra satis demonstratum est, itaque statim ad id transire licet agendum, quod summi momenti est, ut, quis fuerit ille Apollonius, in clariore luce ponam. Commemorantur enim sex in scholiis Aristophaneis Apollonii, quorum quaerendum est utrum unus an complures hoc loco intellegi possint.

Semel laudatur Apollonius is, cui cognomen fuit Acharnensi, schol. nub. 408. Quae autem ibi leguntur uerba: *Διασίοισιν· έορτή Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός . . . Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς τὰ Διάσια διακρίνει ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου έορτῆς, προσ-αγορεύεσθαι αὐτὰ λέγων, καθάπερ τινές φασιν, ἀπὸ τοῦ διαφνεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄσας*, ea sententiam nostram eo dirigere uidentur, ut eum fortasse singularem *περὶ έορτῶν* librum nec commentarium Aristophaneum scripsisse putemus, cui coniecturae haud scio an subueniat Athenaei lib. V p. 191 F.

Semel deinde ipse quoque laudatur Apollonius is, qui uocabatur ὁ Μόλων; sed ne hunc quidem commentarium Aristophaneum composuisse ex ipsis scholii ad nub. 144 uerbis fit manifestum: *Χαιρεφῶντι καὶ ἡ Πυθία δοκεῖ τὸν περὶ τοῦ Σωκράτους χρησμὸν εἶπειν· σοφὸς κτλ. τοῦτον Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων ἐν τῷ κατὰ φιλοσόφων ἐψεῦσθαί φησι.*

Ac ne Rhodius quidem Apollonius commentarium scripsisse uidetur, quia ubi laudatur, iccirco tantum laudatur, ut similes ex eius Argonauticis loci afferantur.

Quartus inter horum uirorum doctorum cognominum ordinem est Apollonius Dyscolus. Nam quamquam a scholiastis nisi Apollonius cognomine omisso non appellatur, tamen ad hunc tres locos referendos esse apparet ex eorum ipsa materia. Huc pertinent schol. Plut. 103. Ran. 826. Eq. 22. Sed eius obseruationes quae laudantur tales sunt, ut facile ex eius arte grammatica depromptas eas esse existimare liceat neque eum peculiarem commentarium Aristophaneum conscripsisse putare opus sit.

Iam restant quattuordecim scholiorum loci, ubi Apollonius quidam, et unus, ubi Apollonius Chaeridis commemoratur. Diu ille idem esse atque hic putabatur; sed funditus hanc opinionem extirpauit Aug. Blau, de Aristarchi discipulis p. 55 sq. Hunc nihil *nisi* commentarium in Iliadem composuisse argui potest; contra ille *certissime* fuit is commentator, quem iam diu inuestigamus. Nam

quibuscumque locis Apollonii nomen inuenitur, ei inter se simillimi et tales sunt, ut eos in alio libro quam in commentario Aristophaneo inueniri potuisse haud facile tibi persuadeas. Discipulum eum fuisse Aristarchi, grammatici illius celeberrimi, luculenter demonstrauit Blau, p. 50 sqq.

At ex tota hac contemplatione quid lucri aufertur? Nonne hac nihil nos proficere apparet, quia Apollonius Aristophanis uerba recte ad Thrasybulum illum notissimum patriae libertatis uindicem et Dionysium tyrannum rettulit? Nonne is se posteriorem Plutum tractare censuisse clamat? Recte haec disputata uidentur, non sunt, neque uereor, ne quae dixi, ea incassum omnia explanauerim. Supra iam me similes dubitationes propulsare memini easdemque causas nunc facere non possum, quin magnam partem huc quoque traham. Nam primum Apollonius quamquam Aristarchi, summi grammatici, discipulus erat, tamen cauendum est, ne ab eo commentarium omnibus numeris absolutum conscriptum esse putemus, in quo ne tantillum quidem erroris inesset. Nihil igitur impedit, quominus eum quoque de priore Pluto cogitasse, sed nihilominus uersum aliquem recte interpretatum esse uel uideri arbitremur. Videmusne, ut in scholiorum congerie praeter illam Apollonii explicationem etiam aliae complures insint adnotationes, ex quibus si scholiastas Plutum posteriorem legere sibi uisos esse concluderes, hanc conclusionem falsam fore satis superque demonstraui sibi mihideor. Porro si Apollonius Pluti fabulam ita explicauisset, ut Plutum eam, quam interpretaretur, posteriorem esse ex uerbis eius colligi posset, certissime Didymus, mihi crede! in tam peruersam sententiam numquam incidisset. Non igitur uideo, cur Apollonium ipsum quoque priorem Plutum tractare sibi uisum esse non arbitremur.

IV. Iam igitur usque ad Apollonii aetatem uel, quoniam ne hic quidem consistere licet, ad Aristarchi tempora descendimus, sed nondum usquam quemquam indagauimus, quem posteriorem Plutum sibi legere uisum esse affirmare possumus. Immo ne ultra quidem Aristarchi tempora quemquam de posteriore Pluto cogitasse contendo, testimonio usus scholio ad u. 179. Nouum in eo alius interpretis Aristophanei exstat nomen, Callistrati. Primum intellegere studeamus, quid ille de uersus 179 explicatione senserit. Postquam de Laide expositum deque eius aetate dubitatum est, scholiasta sic dicere pergit: *Φιλανίδην δὲ οὐ τὸν ποιητὴν φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀριστοφανεῖοις ἐγγεγραμμένον δράμασιν, ὡς οἱ περὶ Καλλιστρατον <οἰοῦνται> ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες ἄλλα κτλ. Ἐλ*

igitur, qui uocantur *οἱ περὶ Καλλίστρατον*, h. e. secundum scholiastarum morem loquendi uel ipse Callistratus solus uel Callistratus eiusque discipuli — hi igitur eum, qui ab Aristophane commemoraretur, Philonidem eundem esse docebant atque poetam illum, cui Aristophanes complures comoedias in scenam committendas tradidit cuiusque fabularum etiam nunc aliquot exstant fragmenta. Si scholiastis (nub. 510) fidem habemus, Aristophanes, ut alii poetae suas comoedias docendas mandaret, lege quadam commotus est, qua sancitum erat, ne quis triginta minor annis natu fabulam doceret. Quae causa quamquam certissime falsa est, tamen hoc inde concludere licet, Callistratum iam anno 427 (uel 426) triginta annorum fuisse, ita ut sane facile in Pluto priore perstringi posset. Sed quonam modo accidit, ut Callistratus hunc potius poetam quam ‘Corinthium’ illum diuitem significari sibi persuaderet? Ignotumne ei erat, quod de Philonide narrabatur? Potuit id quidem fieri; sed si posteriores interpretes tam uberem similitum locorum notitiam habebant, Callistratum inscitia Philonidis ‘Corinthii’ minus persuadere mihi possum adductum esse, ut poetam illum significari diceret. Veri similis putauerim Callistratum temporum ratione ad hanc sententiam impulsus esse. Credebat nimirum se priorem Plutum manibus terere; ac fortasse ex eis, qui ei praesto erant, locis similibus ea suspicio ei oborta est, quae interpretibus posterioribus oborta non est, Philonidem ‘Corinthium’ uel Melitensem Pluto I posteriorem fuisse. Itaque aliam eius nominis personam intellegendam esse quodammodo coactus erat, ut sibi persuaderet. Sed hoc utut est, certe ne in eius quidem commentario Plutum posteriorem fabulam esse expositum erat; quod si fuisset, quemadmodum post Callistratum egregius de Pluto I error committi potuit?

Iam Callistratus ille quis fuerit, eruendum est. Haec quaestio paucissimis absolui potest. Satis enim erit, si ex tot locis, quibus Callistrati nomen inuenitur, unum eumque illustrissimum attulero. Ut enim Callistratum uel inde Aristophanis Byzantii discipulum fuisse concludi potest, quod saepius uiris doctis Aristarcheis, e. g. Apollonio (Blau p. 53) opponitur, ita non solum scholii ad Thesm. u. 917 uerbis his: *ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων*, sed etiam duobus Athenaei locis omnis dubitatio tollitur, lib. I p. 21 C et VI p. 263 E.

V. Videmus igitur ne Aristophanis quidem Byzantii aetate *Plutum* fabulam posteriorem habitam esse. Sed ne eos quidem, qui *ultra Aristophanis* aetatem fuerunt, grammaticos interpretesque,

inter quorum numerum etiam Aristophanis magister Eratosthenes referendus erit: ne hos quidem in eam suspicionem incidisse ut ex Alexandrinorum grammaticorum diligentia et amplissima scriptorum notitia facile conici potest, ita Eratosthenis nomine in schol. u. 1194 seruato comprobatur; quamuis enim non expresse illic Plutus prior commemorata est, tamen ex ea, quam sequendum nobis uidebatur, interpretatione ne obloquentem quidem, i. e. consentientem deprehenderamus. Si enim Eratosthenes Plutum posteriorem esse inuenisset, ut Nubes posteriores esse intellexit (schol. nub. 552), quemadmodum fieri potuisse explicabis, ut postea eius sententia, qua accepta interpretibus nihil inextricabile, nihil difficile obstaret, non modo reiceretur, sed ne digna quidem mentione ab eis haberetur, qui eam reiecissent? Quam sententiam si Eratosthenes habuisset, in scholio 1194 supra tractato in Lycophronis sententia refellenda nonne ibi optimus locus, opportuna occasio data erat eius commemorandae ac demonstrandi Lycophronem propterea errauisse, quia priorem Plutum legere sibi uisus esset?

VI. Dolendum est, quod ex illo uno, quod adhuc tractandum restat, scholio u. 385 certius nihil effici potest. Si enim in didascaliiis ibi commemoratis ea exposita fuisse demonstrari ullo modo posset, quae post eas laudatas sequuntur, usque ad Callimachi tempora peruenissemus, sed aliam de Pluto sententiam non inuenissemus. Sed fortasse suppleri alio modo possunt, quae nunc requiruntur. Vidimus enim Aristophanem Byzantium priorem sibi legere uisum esse Pluti fabulam. Atqui eum constat siue additamenta siue aduersaria in Callimachi tabulas (*πλυνάκας*) scripsisse (Athen. lib. IX 408 F. VIII 336 E), quibus tabulis etiam didascaliae illae continebantur (Etymolog. M. s. v. *πλυνάκας*). Nouerat igitur, pernouerat Aristophanes Callimachi scripta. Quae cum ita sint, num omnino credibile est, Callimachum eam, quae superstes esset, Plutum fabulam eius nominis esse posteriorem, Aristophanem priorem iudicasse? Hoc accidisse tum concedam, ubi quis mihi fieri posse probauerit, ut postquam semel uera inuenta sunt, quibuscum omnia congruunt, ea ab Aristophanibus Byzantiis in dissimillima ueri mutantur, quibus summae difficultates obstant.

VII. Adhuc unus restat Aristophanis interpres, cui fortasse auctori totus hic de Pluto priore error tribuendus est, Lycophron, quem una cum Alexandro Aetolo Graecae artis poeticos libros in unum collegisse et in ordinem redegissee ita constat e scholio Plautino ap. Duebn. X, a p. XXII, ut ipse comoedias ordinandas susciperet. *Contra si hic statim ab initio Plutum eo, quo debuit, loco*

posuisset, quid fuisse credis, quod ceteri eam eo collocarent loco, quo non debuit?

Perfecta nunc scholiorum contemplatione, ex qua quamuis alte in antiqua tempora descenderimus, tamen quicumque nobis obuii facti sunt interpretes omnes priorem sibi Plutum legere uisos esse luculentissime apparuit, id quod supra nobis proposueramus, ut neminem ueterum interpretum scholiastarumque duas Pluti editiones uidisse demonstrarem, id iam effectum est. Nam quam ad sententiam falsis scholiastarum opinionibus repertis confugere licebat, ut eorum de Pluti editione errorem aut eorum indiligentiae notissimae aut librorum inscitiae tribueremus, eandem ad grammaticorum Alexandrinorum, doctissimorum totius antiquitatis uirorum, errores explicandos, quonam modo fieri potuerint, propagare non iam licet. Si hi uiri celeberrimi in tam peruersam opinionem inciderunt, ex hac difficultate te expedire non poteris, nisi id, quod probandum erat, statueris, neminem ueterum interpretum umquam duas Pluti editiones uidisse.

§. 8. Sed ne quis hac demonstratione neminem sibi persuadere cogi dicat, iam antiquissimis temporibus Plutum priorem amissam fuisse, huic argumentationi alia subiungam testimonia.

Scholiasta ad uersum 1146 qui haec uerba scripsit: τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκῶν ἐνθάδε ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας ταύτης, si duas Plutos habuisset, nonne certissime dixisset: τοῦτο ἐκ τοῦ β' Πλούτου μετενήνεκται uel potius nihil dixisset? Item scholiasta u. 173, qui, postquam explicationem sibi ipsi non arridentem excogitauit, sic dicere pergit: εἰ μὴ, ὅπερ εἰκὸς, ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου τοῦτο μετενήνεκται, nonne hic quoque, si duas Plutos habuisset, multo confidentius locutus esset uel potius tacuisset? Nam si priorem Plutum inspicere ei licuisset, nonne intellexisset in ea tale quid non inesse ob eamque causam aliter explicauisset? Porro interpret u. 179, si priorem Plutum adiisset, a qua hic uersus aberat, nonne nihil esse sibi persuasisset, cur de Laidis aetate deque Philonide dubitandum esset? Ipsum scholiastam uersus 385 uisurum fuisse dico, Pamphilum, cum in altera Pluto irrideretur, sane ea aetate fuisse, ut ab Aristophane commemorari posset neque eum haec scripturum fuisse contendo: ἐν μέντοι ταῖς Διδασκαλίαις πρὸ τούτων τῶν χρόνων Πάμφιλος οὐδεὶς φέρεται τραγικός uel haec: ἔ δὲ Πάμφιλος, ὡς ἔοικε, καὶ νεώτερος ἦν Ἀριστοφάνους.

Quae cum ita sint, quae iam dixi, repetere non uereor: neminem ueterum interpretum umquam duas Pluti editiones, sed eam tantum uidisse, quae ad nostram memoriam mansit.

Pars II.

De Pluti deperditae memoria.

Absoluta parte antecedenti scholiorum peruestigatione quoniam, quamvis alte in antiquitatem descenderimus, tamen quicumque nobis obuii facti sunt interpretes, eos omnes priorem sibi Plutum legere uisos esse euidentissime apparuit neque quemquam ueterum interpretum scholiastarumque duas Pluti editiones uidisse eluxit: nunc secundum eam quam proposui dispositionem argumenta ea refellenda sunt, quae ad sententiam meam de Pluto priore deperdita debilitandam proferri possunt quibusque duas etiam post Alexandrinorum tempora existisse Plutos demonstrare nescio quis conetur.

Continentur autem illa argumenta primum fragmentis duobus, quae ex scholiis ad Plut. uu. 115 et 119 adscriptis petuntur, deinde reliquiis eis, quae ex aliis scriptoribus ad cognitionem nostram peruenerunt.

Caput III.

De fragmentis apud scholiastas seruatis.

§. 9. Atque primum de fragmentis eis, quae ex scholiis Plut. uu. 115 et 119 promuntur, explanandum est. De quibus scholiis ut rectius iudicetur iudiciumque nostrum certo quodam non dico fundamento, sed subsidio nitatur, necessarium esse mihi uidetur, statim ab initio utrumque scholium ab eodem auctore profectum esse paucis demonstrare, cum hoc modo, ubi utramque adnotationem ab eodem scholiasta conscriptam esse intellexerimus, argumentis eis, quibus hoc fragmentum de medio tollere conabimur, sublato illo grauitatis augmentum atque ponderis haud spernendum accrescat. Scribit autem scholiasta ad explicandum Aristophanis uersum 115 qui est: *καὶ οἶμαι ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας* haec: *ἀντὶ τοῦ τῆς πηρώσεως ἰδίως δὲ ὀφθαλμίαν τὴν πήρωσιν τῶν ὀφθαλμῶν φησι· διὸ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ μεταπεποίηται τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις*. Scholion uero ad u. 119 appositum qui est: *ὁ Ζεὺς μὲν οὖν οἶδ' ὡς, τὰ τοῦτων μᾶρ' ἔμ' εἰ | πύθοιτ' ἂν ἐπιτρέψειε* sic conceptum est: *ο Ζεὺς μὲν οὖν εἰδῶς τὰ τοῦτων: τὰ τῶν ἀνθρώπων πάντα εἰδῶς, ἐπεὶ οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει· μεταπεποίηται δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ δευτέρῳ*. Haec scholia quisquis perlegerit, ne minimum quidem propter καὶ particulam in altero scholio post uerbum *μεταπεποίηται* adiectam dubitabit, quin ea ab uno eodem-

que auctore conscripta sint. Sic enim sine dubio explicanda est illa particula: 'ut uersus 115 propter ὀφθαλμίαν uocem singulariter positam a poeta commutatus est, sic hic quoque uersus propter nescio quam causam in altera Pluti editione transformatus est.' Aliam illius particulae καί inuestigare explicationem non potui; procul enim, procul illud reiciendum, ut coniunctionem καί hoc loco item explicandam esse putemus atque in priore scholio eandem particulam post διό collocatam: διὸ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ μεταπεποληται: hoc uel ipse uerborum ordo prohibet. Nisi igitur de huius particulae explicatione desistere desperareque nobis in animo est, nihil relinquitur nisi ut scholiastam per eam ad priorem adnotationem lectores relegare uoluissete putemus et utrumque scholium ab eodem auctore profectum esse arbitremur.

§. 10. His praemissis uideamus, quid de utroque scholio censendum sit.

I. Atque primum aliquantisper, id quod consentaneum est, fidem ei tribuamus et quaecumque eo continentur, uera esse fingamus, quod si iure fecerimus, nullis difficultatibus implicabimur et omnia cum omnibus concinent. In prima igitur Pluti editione scriptum erat: ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας, in secunda autem eius fabulae recensione poeta hunc uersum sic transformauit, ut scriberet: τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις. Itaque scholiastae adnotationem si sequimur, ea quae nunc superstes exstat, Plutus fabula eius nominis prior putanda est, quoniam in ea legitur uersus qui est: ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας. At eam quam nunc manibus uersamus fabulam non priorem uel dicam non meram priorem Plutum esse uel inde euidentis est, quod tot ex posterioribus temporibus res commemorantur, quas olim futuras esse, cum prior Plutus in scenam committebatur, nemo ne in somnis quidem somniabat.

II. Sed fortasse nostram Plutum meram priorem (secundum scholiastam) esse non adeo premendum eamque ex utraque recensione a poeta conglutinatum esse statuendum est, ita ut eum, qui nunc legitur, uersum ex priore fabula in utriusque concinnationem traditum esse putemus. At ne in hoc quidem refugium se recipere licet. Certissime enim tum eum habuisse putandum est Pluti fabulam et meram posteriorem et ex utraque conglutinatum; hanc igitur interpretabatur, ex illa inspecta cognouit, Aristophanem in posteriore editione τῆς συμφορᾶς κτλ. scripsisse. Ac profecto hoc per se facillime cogitari potest; illud enim, quod eam, quam tractabat fabulam, i. e. conglutinatum priorem recensionem esse

putauit, omnino praetermittendum est, cum hic error communis ei sit cum ceterorum scholiorum auctoribus. At cum hanc difficultatem felicissime remouisse nobis uideatur, uideamusne, in quanto maiores angustias imprudentes incurrerimus? Hunc enim scholiastam non solum 'conglutinatam' fabulam, sed etiam posteriorem habuisse putamus, ceteros negamus? Quemadmodum accidisse nobis persuadebimus, ut hic scholiasta, adnotationum ad uu. 115 et 119 conscriptarum auctor, solus omnium ueterum interpretum praeter eam, quam tractabat; etiam posteriorem Plutum manibus tereret? Ceteros autem interpretes nisi eam, quae superstes mansit, nullam Pluti recensionem uidisse eis, quae in prima parte disserui, satis demonstratum mihi uidetur. An hac coniectura incertissima, cuius in scholiastae ipsius uerbis ne uestigium quidem fundamenti inest, adduci nos sinemus, ut illam, quam adhuc defendimus, sententiam ipsorum scholiastarum testimoniis satis firmatam missam faciamus? Immo cauendum est, ne tantopere ab omni cogitandi probandique ratione aberremus.

III. Adhuc igitur scholiastae adnotationi fidem tribuentes semper decepti sumus. Sed ecce alius existit, qui scholiastam defendere et ab eorum suspicione tueri conetur, qui eius adnotationem inter autoschediasmatum numerum ingentem referre studeant. Franciscus enim Ritterus, uir doctissimus ac sagacissimus, in dissertatione ea, quam de Aristophanis Pluto Bonnae 1828 conscripsit, p. 54 ita disseruit: 'In priore igitur Pluto Aristophanes uocem *ὀφθαλμία*, h. e. malus oculorum affectus, contra uulgarem loquendi usum (*ιδίως*) pro caecitate (*πῆρωσις*) admiserat, in posteriore autem inuidiosae illius uocis euitandae causa totum uersum mutauit. Sed cur nouus ille uersus in nostra fabula, h. e. Pluto posteriore, non legitur? Annotatio illa facta est ab antiquissimo grammatico uel potius ex eo exscripta, qui aut utramque Pluti editionem possidebat, aut quod uerisimilius est, utriusque fabulae collationem nonnullis in locis institutam legebat: is autem, cum hanc annotationem scriberet, uersum illum, ut legebatur in Pluto priore, in exemplar suum recepit, ut annotationis uerba ad marginem scripta statim melius intellegerentur, atque inde hunc prioris Pluti uersum in libros nostros qui exhibent posteriorem irrepsisse conicio.' Ex Ritteri igitur sententia hoc quod tractamus scholion ad antiquum grammaticum referendum est, qui utramque Pluti editionem habebat. Haec summa eius explicationis putanda est; discernere enim, utrum ille grammaticus ipse duas recensiones possederit an sua ex collatione utriusque fabulae in margine facta hauserit, nullius momenti

est, certe scholii origo (ex Ritteri sententia) ab eo repetenda est, cui utramque Plutum inspicere licuit, unde necessario concludendum est hoc scholion conscriptum esse ab eo, qui priorem Plutum priorem posterioremque posteriorem, non posteriorem priorem esse putabat. Atqui nostrum scholium, si modo, ut est Ritteri sententia, genuinum est, in margine Pluti recensionis eius, quae reuera prior erat, scriptum fuisse ex totius scholii tenore luce clarius apparet. Cum autem nunc inter scholia ea inueniatur, quae scholiastis quidem ad priorem pertinere uidebantur, reuera autem ad posteriorem Plutum pertinent, hoc scholium omnium unum ex adnotationibus eis seruatum est, quas nescio quis in margine codicis priorem Plutum continentis adscripserat. At si quaerimus, a quo illud scholium ad priorem Plutum pertinens inter nostra scholia ad posteriorem eius nominis fabulam explicandam congesta translatum sit, neminem inuestigare poteris nisi eos, qui ut scriptores scholiis dedita opera conscriptis interpretarentur, sibi proposuerant, grammaticos Alexandrinos. Nunc uero Alexandrinorum temporibus altera tantum Pluti recensio superstes exstabat eademque, quae ad nostram memoriam mansit. Ritteri igitur coniectura si recta est, facere non possumus, quin illud scholion, quod in codicis priorem Plutum continentis margine ab antiquo grammatico adscriptum erat, illo ipso tempore ex eo codice inter scholia ad Plutum posteriorem pertinentia relatum esse statuamus, cum prior Plutus, itaque etiam codex ille non iam exstabat, sed pridem interierat. Quod quam absurdum sit, nemo non uidet; supersedere igitur possum alteram partem coniecturae Ritterianae discutere, in qua quomodo uersus, qui nunc legitur, in editiones nostras peruenerit, exponit.

Itaque etiam Ritterus, homo sagacissimus, ἀπ' ἐπιίδος ἡμᾶς καταβαλὼν μεγάλης ἀπέρχεται, qua ducti eum omnes difficultates remoturum et quid de hoc scholio iudicandum esset, explicaturum esse sperabamus.

IV. Et quoniam, donec scholiastae in omnibus rebus fidem tribuimus, nihil nos proficere satis luculenter apparuit, nunc aliam uiam ingressi uideamus, num sic forte certi quid lucri ex eius adnotatione auferamus.

Eam autem, quae mihi in animo est, uiam primus ingressus est Franciscus Volmarus Fritzsche, qui in libro, cui nomen indidit quaestiones Aristophaneas, p. 174 hoc modo ex difficultatibus expedire se conatus est: 'Iste scholiasta cum aliis opinatus est, nostrum Plutum esse priorem. Quocirca Comicus in priore Pluto scripserat: τῆς συμφορᾶς ταύτης σε πᾶσειν, ἢ ὅ ἐχει, αὶ ἰα

posteriore *ταύτης ἀπαλλάξεν σε τῆς ὀφθαλμίας*; alioquin in omnibus codicibus non hic uersus legeretur, sed alter ille scholiastae.’ Sed ego non perspicio, quid nos hac coniectura probata proficiamus. Nam si Fritzschiium secuti numeros inter se commutamus, nonne, cum hoc statuimus, totam scholiastae adnotationem uilem ac ne tantilli quidem pretii esse confitemur? Et in hoc fundamento adeo labante audebit quisquam fragmentorum quasi aedificium (uel per se incertum) exstruere?

Sed etiam si haec res minoris momenti esse putari posset, undenam tum scholiastam cognitionem prioris Pluti fabulae adeptum esse arbitrabimur? Ipsisne Pluti duabus recensionibus inspectis? At quomodo tum accidit, ut priorem fabulam posteriorem, posteriorem priorem nominaret? An ex ‘antiquo’ grammatico? At si is utramque fabulam ipse inspexit, cur is numeros inter se mutauit? aut si non mutauit, cur hic scholiasta confudit? Sin autem non ipsi duas Pluti editiones euoluere licuit, unde tum is sua hausit?

Vides iam etiam si Fritschii coniecturam primo quidem speciosam accipimus, quocumque te uerteris, difficultates obstare maximas, quibus ne scholiastae auctoritatem omni dubitationi exemptam uindicemus, impedimur et etiam nolentes eo cogimur, ut id, quod iam pridem demonstraturus sum, neque scholiastam ipsum neque eius auctorem duas Pluti editiones uidisse adeo non refelli libere profiteamur, ut contra manifestissime confirmetur.

V. Et quoniam nunc nullo modo (unam enim illam rationem, quae praeter has excogitari potest, ut illum prioris Pluti uersum in margine codicis eius, quo utebatur scholiasta, adscriptum fuisse ita putemus, ut unde desumptus aut quamobrem appositus esset, reticeretur, hanc uel uno uerbo attingere, nedum refutare me pudet): quoniam igitur nullo modo scholiastae adnotationem cum ceterorum scholiorum condicione congruere neque conciliari posse cognouimus, nunc paucis exponendum est, quidnam huic scholio faciendum sit. Atque hoc ex eis, quae exposui, euidentibus esse mihi uidetur neque quisquis causarum rationumque supra allatarum grauitatem reputauerit ac pernouerit, dubitare iam poterit, quin scholiastae uersus ex interpretamento paullatim originem duxerit, itaque pro spurio habendus et ex prioris Pluti fragmentorum numero expellendus sit. Quomodo autem quibusque mutationibus ex interpretamento nescio quo uersus ille scholiastae euaserit, id ut accuratius exponam causisque confirmem, nemo harum rerum peritus postulabit. Illud tantum pro certo haberi poterit, scholiastam illo *uersu* (siue iam tum perfectus uersus erat siue explicatio uersus

similis et a scholiasta demum uersum quasi odorante in uersus probi formam redactus) interpretamentum contineri parum intellexisse et ita, inscientiae coniciendo subuenientem, cum ei simul forte quadam duplicis Pluti recensionis in mentem ueniret, illum uersum, siue in margine adscriptum siue intra lineolas super-scriptum ex posteriore Pluto haustum esse existimauisse. Et quae hoc modo coniectando sibi finxerat, qua erant scholiastae ultimique interpretes confidentia, aliis pro uero uenditare non dubitauit et commentariolis suis mandauit, unde in scholiorum nostrorum congeriem manauerunt.

VI. Quem ad finem nunc cogitando deliberando concludendo adducti sumus, ut scholiastae uersum spurium esse statuamus, ad eundem etiam peruenturos se esse fuerunt qui existimarent, ubi orationem accuratius examinassent; sed eorum argumenta sufficere mihi non uidentur. Iam B. Thierschius¹⁾ propter tales causas in scholiastae uersu offendit, cum 'uersum, siue metrum siue sensum spectes, eo quem nunc textus repraesentet, multo inferiorem' esse dicat; quod autem inde illum uersum potius priori Pluto tribuendum esse concludit, hoc fieri non posse uidimus et ex animo Fritzschio p. 173 assentior eos uituperanti, qui 'de Aristophane tam humiliter sentiant, ut eum in renouandis comoediis singulos uersus, uerba, literas literarumque apices anxie rimatum esse putent: hoc tanti poetae persona indignissimum esse.'

Heldermannus uero cum alias tum easdem Thierschii causas secutus, nisi quod in metro non offendendum esse censet, item atque nos scholiastae uersum pro 'interpolamento' grammatici habet, falso tamen Thierschium quoque uersum damnauisse ratus. Sed ne longus sim, ipsius uerba apponere placet. Disputat autem p. 3 haec: 'In postremis uersiculi uerbis uariat lectio: ἦν ἔχεις, ἦ σ' ἔχει. Attractio ἦς ἔχεις, quum praecessit ταύτης, etsi non omnino uituperanda, tamen in hac uerborum iunctura durior est; quare praefendum ἦν ἔχεις. Sed utrum legas, frigidum est additamentum; contra in uersu uulgato ὀφθαλμία non tantum ἰδίως, sed uenuste et ἰποκοριστικῶς pro caecitate positum est; quare difficile mihi uidetur creditu, si poeta prius ὀφθαλμίας scripsisset, eum postea hoc in lectionem inuenustam et frigidam mutasse.'

§. 11. His expositis neminem iam scholiastae uersus defensionem subiturum esse credo; et quoniam hunc scholiastam hario-latum esse apparet, quid tandem dicam de alterius hallucinatione?

1) Prolegg. in Aristoph. Plutum p. CDLXVI.

I. Neminem in ea quidquam ueri bonaeque adnotationis simile inesse statuisse uideo praeter unum Franciscum Ritterum, cuius ipsius uerba breuitatis causa apponam. Dicit enim p. 55 sq. hic uir doctus haec: 'Falsa est scholiastae explicatio; si legimus *εἰδώς*, hoc cum *πύθοιτ'* unam efficere notionem statuendum est: si Iuppiter horum stulta consilia perspicuens cognouerit, me contriuerit. Sed ea sententia et uerborum collocatio cum parum probaretur ipsi poetae, prioris uersus partem in Pluto posteriore emendauit. At quomodo? In Brunckiani codicis margine libroque Rauennate pro *εἰδώς* legitur *οἶδ' ὄς*, quae scriptura pro sententia obscura suppeditat facilem et lucidam, pro uerborum structura intricata expeditissimam: qua de causa certissimum mihi uidetur illam emendationem ab ipso poeta in secunda Pluti editione factam esse.' At mihi incertissimum uidetur. Paucis tantum eius sententiam infirmare studebo. Primum eam explicationem, quam Ritterus proposuit uerborum *εἰδώς εἰ πύθοιτο*, omnino falsam nominare non dubito; nam quoquo te uerteris, semper *ταύτολογίαν* quandam habebis; talem autem *ταύτολογίαν*, qualis haec est, Aristophanem umquam admisisse arbitrari 'tanti poetae', ut cum Fritzschio loquar, 'persona indignissimum esse' profiteor. Deinde illud quidem fieri potuisse non nego, ut iam in antiquis codicibus *οἶδ' ὄς* in margine legeretur, sed Aristophanem ita scripsisse cum Bambergio nego, qui in Fleckeiseni annalibus illam quidem locutionem *οἶδ' ὄς* ita inter cetera uerba interponi, nusquam autem *οἶδ' ὄς* ita usurpatum esse dixit. Neque errare mihi uideor, si scripturam *οἶδ' ὄς* non minus coniecturam esse grammatici nescio cuius contendo quam Fritzschii mutationem:

*ὁ Ζεὺς μὲν οὖν, ἣ δ' ὄς, τὰ τούτων μᾶρ' ἄν εἰ
πύθοιτ' ἔμ' ἐπιρῶσει.*

II. Alias uias, sed inter se similes ingressi sunt Thierschius et Heldermannus, quorum ille dicit: 'Melius certe fuit, si dixisset, quomodo mutatus esset; quod quum omitteret, uereor, ne uana iactauerit somnia'; hic uero haec uerba facit: 'Quid mutatum sit, non addidit; suspicari licet aequae atque in superiore uersu lectionis uarietatem nihil fuisse nisi grammatici alicuius, qui uerba non intellexeret interpolationem.'

III. Mihi quidem C. F. Hermann¹⁾ (Ges. Abl. p. 45) sententiam

1) Hermann uerba sunt haec: 'Dass die Korruptel alt ist, zeigt das Scholion; so dass man wohl auf den Gedanken kommen könnte, der Scholiast habe blosser Varianten für Reste der doppelten Bearbeitung genommen.'

sequi optimum uidetur. Nam quoniam uersum, qui nunc legitur in codicibus, corruptum esse satis constat, facile cogitari potest, scholiastarum temporibus utramque lectionem, et bonam et corruptam, una in codicibus exstitisse, in his alteram, alteram in aliis; posteriore deinde aetate meliores codices intercidisse, peiores mansisse, unde etiam nostri codices pendeant; auctorem autem huius scholii, qui utramque lectionem nouerit, quomodo scripturae discrepantia euaserit, non perspexisse, itaque coniciendo item atque quos enumerat Heldermannus p. 9—15, alteram priori, alteram posteriori Pluto tribuisse, ut saltem haberet, quod diceret.

Caput IV.

De fragmentis apud scriptores seruatis.

Adhuc igitur nullum locum inuenimus talem, quo sententiam nostram proxima parte explanatam mutare cogeremur; nunc uideamus, num fragmentis eis, quae seruata exstant in Pollucis Onomastico, Suidae lexico, Etymologico Magno, Bekkeri Anecdosis Graecis, adduci possimus, ut errasse nos confiteamur et Alexandrinorum temporibus duas Plutos exstitisse nobis persuadeamus. Quod ut perspiceretur, nisi Kockius iterum ac Blaydesius, recentissimus fragmentorum editor, omnia Pluti quoque quae tum ferebantur frustula tamquam genuina enumerassent, breuissima fortasse explanatione opus esset, qua haec fragmenta iam dudum a uiris doctis ita in suspicionem uocata esse exponeretur, ut eorum unus, C. F. Hermannus in libro laudato omnem fere illis fragmentis auctoritatem fidemque abrogaret his fere uerbis: si praeter unum illud fragmentum e schol. Ran. 1125 desumptum alia quoque uocabula Pluto fabulae simpliciter adscriberentur, eorum non solum numerum multo minorem esse quam ut certi quidquam ex eis coniceretur, sed etiam auctoritatem tantopere uacillare, ut non pluribus quam duobus uel tribus aliqua fides haberi possit.¹⁾ Tali igitur suspitione nixus facillime quis labefactam iam fragmentorum auctoritatem

1) 'und wenn sich auch noch andere Wörter hin und wieder aus dem Plutos schlechthin citiert finden, die in dem unserigen nicht vorkommen, so sind deren doch nicht allein viel zu wenige, um irgend ein klares Bild zu gewähren, sondern manche darunter mögen auch auf abweichenden Lesarten, manche auf ungenauen Angaben der alten Zeugen beruhen, so dass höchstens zwei oder drei derselben mit einiger Sicherheit als unterscheidend für den ersten Plutos gelten mögen.'

prorsus deturbauerit: ubi enim, hercle, consistere tibi uideris posse, si eorum magnam partem errore nescio quo uel uitio inter Pluti prioris reliquias irrepsisse concesseris? Tamen me, qui argumento grauissimo etiam reliquorum 'duorum uel trium' fragmentorum integritatem impugnare mihi uidear, me, inquam, ubi tu cunctanter constiteras, inde longius non audacter, sed impauide procedentem secuturus non es? Sed haec hactenus! De singulis nunc uideamus quid iudicandum sit fragmentis.

§. 12. Atque primo loco eorum, quae simpliciter Pluto tribuuntur, fragmentorum Kockius posuit Antiatticistae uerba in Bekkeri Anecdotis 84, 4 haec:

βλάξ, βλακεύειν, βλακεύεσθαι, καὶ βλάκες καὶ βλακικῶς· Πλάτων Γοργία, ὁ αὐτὸς Εὐθύδημος, Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Haec si sola haberemus Antiatticistae uerba, ne Kockium quidem, quid in Aristophanis Pluto dictum esse putaret, exsculpturum fuisse sponsonem facerem; neque enim ex eis, quae praeterea afferuntur, exemplis ullo modo concludere licet, uocum nominatarum qualis in Aristophanis Pluto fuisse potuerit. Altero enim Platonis loco, qui est Gorgiae p. 488 B: 'σὺ οὖν, ὡσπερ ἤρω βουθετεῖν με, μὴ ἀποστῆς, ἀλλ' ἱκανῶς μοι ἐνδείξει, τί ἐστὶ τοῦτο, ὃ . . . καὶ ἐάν με λάβῃς νῦν μὲν σοὶ ὁμολογήσαντα, ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ μὴ ταῦτα πράττοντα, ἀπερ ὠμολόγησα, πάννυ με ἡγοῦ βλάκα εἶναι καὶ κτλ.' scriptam uidemus uocem quae est βλάξ, altero uero, qui exstat in Euthydemii p. 287 E: 'τί ἄλλο γε, ἢν δ' ἐγώ, ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν;' uox inuenitur quae est βλακεία, quae tamen ab Antiatticista in conspectu eorum, quae cum uoce βλάξ eiusdem radicis sunt, uocabulorum non est enumerata.

Nulla igitur re cogimur, ut hanc ipsam uocem quae est βλάξ, in Aristophanis Pluto inueniri debere statuamus. Nihil est, quod non acquiescamus, si, ut in Platonis Euthydemo non aut ipsam uocem quae est βλάξ aut aliam aliquam earum, quae nominatae erant, inuenimus, sic ne in Pluto quidem Aristophanea id ipsum βλάξ, sed aliud eiusdem radicis uocabulum inuestigauerimus. Tale autem uocabulum reuera exstat etiam in ea, quae ad nostram memoriam mansit, Pluti fabula; est uersus 325:

*ἀσπάξομαι δ', ὅτι ἡ προθύμως ἦκατε
καὶ συντεταμένως κοῦ κατεβλακευμένως.*

Sed quomodo Kockius in eam sententiam incidit, ut haec Antiatticistae uerba ad Plutum priorem pertinere putaret? Nempe

quia cum eis coniunxit locum similem ex Etymologico Magno petitum qui est 198, 57: *βλάξ· ὁ εὐήθης καὶ ἀργὸς καὶ ἀνόητος· Ἀριστοφάνης βλάκες φυγεροί.* Id autem, quod, priusquam hunc Etymologici Magni locum cum Antiatticistae uerbis coniungeret, probandum erat, utriusque scriptoris uerba ad eundem Aristophanis uersum referenda esse, Kockius nescio qua de causa non probauit. Hoc autem eo magis probandum ei fuit, quod ipse Kockius quam lubrica talis coniungendorum uia fragmentorum esset, haud ignoraret; coniunctis enim duobus locis Pollucis 10, 63: *ἀρύταινα . . . Ἀριστοφάνους εἰπόντος· βαλανεύς δ' ὠθεῖ ταῖς ἀρνταίναις* et Moeridis 192, 13: *βαλανεύς παρὰ Πλάτωνι καὶ Ἀριστοφάνει Πελαργοῖς* ipse Kockius, pagina antecedenti fr. 435, concessit: 'nequaquam tamen certum esse ad Pelargos totum uersum pertinere.' Donec igitur Antiatticistae et Etymologici Magni uerba ad eundem Aristophanis uersum pertinere non probatum erit, tam diu mihi quoque hoc fragmento nihil de duabus Plutis etiam post Alexandrinorum aetatem superstitibus prolatum esse arbitrari licebit.

§. 13. Venimus nunc ad fragmentum 444. Triplex est eius memoria. Primum in Bekkeri Anecdotis a Choerobosco p. 1380 ita traditum: *ἐχομεν τὴν χρῆσιν τοῦ ἦν ἐγώ' παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ . . . καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῷ Γεωργῶ· ἦν δ' οὐ πονηρὸς οὐδ' ἐδόκουν.* Haec omnia bene se habent. Ex exemplo enim Menandreo formam illam, quae est ἦν, a uerbo substantiuo deriuatam esse elucet; nihil igitur aliud relinquitur nisi ut apud Aristophanem quoque hanc formam uerbi substantiuum esse putemus. Haec autem forma in Pluto Aristophanea exstat neque semel solum, sed ter inuenitur. Sunt uersus

29: *ἐγὼ θεοσεβῆς καὶ δίκαιος ὦν ἀνὴρ
κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν. — οἰδὰ τοι.*

659: *ἔπειτ' ἐπειδὴ μεστὸς ἦν, ἀνεπαλλόμεν.*

822: *ἐμὲ δ' ἐξέπεμψεν ὁ καπνός· οὐχ οἴος τε γὰρ
ἔνδον μένειν ἦν.*

Atque huic Choerobosci uerborum interpretationi succurrit etiam aliud testimonium ex Etymologico Magno decerptum, ubi item forma ἦν a uerbo substantiuo, non ab ἡμί deriuanda est. Locus est hic 431, 11 sqq.: *ἦν: ἀπὸ τοῦ ἔω, εἶς, εἶ· ὁ παρατατικός ἦον, ἦες, ἦεν καὶ τροπή τοῦ ἦ καὶ ἔ, ἦ κράσει εἰς ἐκείνο αὐτὸ τὸ ἦ, γίνεται ἦν· ἐπειδὴ τὸ μεῖζον τὸ ἔλαττον ἀναλίσκει, ὥσπερ τῇ ἐμῇ, τῇμῇ . . . τὸ μὲν ἦν ἐγώ' παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ, γίνεται οὕτως. Ἔστιν εἰμί· ὁ παρατατικός εἶν,*

τροπή τῆς μι εἰς ν, ὡσπερ ἀπὸ τοῦ δίδωμι ἐδίδων· καὶ ἐκτείνε-
ται τὸ εἰς ἦ Ἀττικῶς, ὡς κτλ.

‘At ex Suidae loco formam quae est ἦν, non a uerbo sub-
stantiuo, sed ab ἡμί deriuandam esse apparet.’ Sed priusquam
talibus uerbis Kockianis fidem habeamus, ipsa Suidae uerba qualia
sint, uideamus. Lectio uulgata eaque, quam etiam Kockius in
lemmate retinuit, haec est: ἦν δ’ ἐγώ: ἔφην δὲ ἐγώ· παρὰ
Πλουτάρχῳ καὶ Ἀριστοφάνει. Cum autem codex V Πλούτου
praebeat et codex Oxon. apud Dobraeum Addend. Arist. 97 Ἀριστο-
φάνης πλούτῳ scriptum exhibeat, Kockius lectionem uulgatam ad
codicis Oxoniensis lectionem accommodandam esse censet.

Sed audiatur et altera pars! Bernhardyus enim, Suidae lexicī
doctissimus editor, in adnotatione ad eum quem tractamus locum
post Fritzschiū quaest. Ar. p. 264 sqq. euentissime omnem
difficultatem amouit, ita ut operae pretium esse existimem, si ipsius
uerba huc adscripsero. Sunt haec: Ἰλουτάρχῳ: Πλάτωνι cor-
rigendum monet Ruhnkenius apud Wyttēbach. Prolegg. Plutarch.
p. XXXVII = LXII. Suidam praeterea sua hausisse ex Schol.
Aristoph. eq. 631 (634). Et Πλάτωνι sane habet Zonaras.¹⁾ Pro
Ἀριστοφάνει E praebet Πλάτωνι. Gaisf. Πλούτου V. Verum ἔφην
δὲ ἐγώ. Ἀριστοφάνης πλούτῳ Ox. ap. Dobr. Addend. in Aristoph.
p. 97, qui huic formulae negauit ullum in Pluto nostra locum esse.
Recte quidem; nec facile credideris exstitisse, qui memoriam Pluti
a Suidae scilicet stupore repeteret, profectam illam ab u. 29 κακῶς
ἐπραττον καὶ πένης ἦν. Itaque comode accidit, ut grammaticus
in Cram. Anecd. IV p. 417 de forma ἦ disserens uiam corruptionis
monstraret: ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει, inquit, ἐν Ὅρεισιν· ἦ γὰρ
ἐγὼ ξένος ἀνθρώπος· ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον· καὶ παρὰ Πλούτωνι
ἦ χοῖσις. Itaque refigendum παρὰ Πλάτωνι καὶ Ἀριστοφάνει:
nisi forte praestat, quod olim ex uestigiis libri Ox. in Eratosthen.
p. 218 elicueram, Ἀριστοφάνης καὶ Πλάτων, coll. intpp. Gregor.
Cor. p. 144 sq. Vtut est, eadem nominum Πλοῦτος et Πλούταρχος
accidit permutatio in uu. ἀνανεοῦσθαι et θράνος.’

His Bernhardyi uerbis prorsus me addico, neque quemquam
alium facere posse arbitror, ut eis fidem denegēt. Quae cum ita
sint, ne hoc quidem fragmentum ad Plutum priorem, sed ad eandem,
quae superstes est, fabulam posteriorem referendum est.

§. 14. Non magis ad rationem nostram de Pluto priore

1) Zonarae locus est: ἦν δ’ ἐγώ· ἔφην δ’ ἐγώ· παρὰ Πλάτωνι καὶ
Ἀριστοφάνει.

Alexandrinorum aetate iam deperdita refellendam utile est fragmentum 445, quo continetur accusatiuus uocis eius quae est *ἀναπήρια*. Eius duplex est memoria, cum et apud Antiatticistam et apud Suidam Aristophanis Pluto adscripta sit.

In ea quidem quae superstes est Pluti fabula nullum est huius uocis uestigium; nihilominus cauendum est, ne temere eam ad Plutum priorem referas; facillime enim scriptor de eius origine errare potuit, ad talem scilicet fabulam eam transferens, in qua *ἀνάπηρόν τινα* in scenam prodire in recenti memoria haberet. Tibi ipsi nonne iam idem accidisse sensisti?

Huic suspicioni etiam testimonium succurrit Pollucis, qui 2, 61 hoc fragmentum Cratini Plutis fabulae adscripsit, ad quod fragmentum (fr. 168) ipse Kockius, cum -bis sit acta Aristophanis Plutus, tres omnino fabulas esse adnotauit, ad quas uocabulum illud pertinere possit. Haec autem cum ita sint, non intellego, cur id ad eam potius fabulam referendum esse censeas, quo si rettuleris, maiores tibi difficultates obstabunt quam si ad alteram rettulisses.

Itaque ego quidem huic fragmento nihil cum Pluto priore esse non dubito contendere, sed aut cum Brunckio Hermannoque uariam eo contineri lectionem ad Pluti superstitis uersum 115 adscriptam putare maluerim aut cum Bambergio (Lit. Centr.-Bl. 1881 p. 962) ad Cratini Plutos referre; utrum rectius sit, nunc non est diiudicandum; in transcurso tantum commemorare liceat illud ueri similis uideri propterea, quod mirum sane esset, si duo poetae duas de Pluto fabulas ita scripsissent, ut circa eius caecitatem totae fabulae quasi uerterentur.

§. 15. Proximum fragmentum 446 uerbo quod est *γραῖζειν* continetur, ad quod Bekkeri Antiatticista haec uerba apposuit: *ὅταν τὸ συναγόμενον ἐν ταῖς χύτραις καὶ ἐπαφρίζον ἐκχέωσιν. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ*. Inde consequitur, Antiatticistam uerbi quod est *γραῖζειν* originem indicare uoluisse, ad quod efficiendum primum quid significetur hoc uerbo ita exponit, ut similem ei notionem inesse uideamus atque latino uerbo, quod est 'libare, delibare'. Vnum tamen miramur, quod non narrauit, quomodo hoc uerbum, quod a uoce *γραῦς* = anus deriuatum esse nemo non uidet, in talem sensum abire potuerit. Atque hic totius rei cardinem uerti recte cognouisse mihi uidetur Bambergius eo quem supra laudauit loco, qui ante uerba: *Ἀριστοφάνης Πλούτῳ* explicationem aliquam substantiui quod est *γραῦς* e contextu excidisse scribit.¹⁾ Quod quo

1) 'es scheint vor *Ἀριστοφ. Πλούτῳ* eine Bemerkung über das Substantiv *γραῦς* ausgefallen zu sein.'

eudentius fiat, lacunam quam modo statuimus explere haud alienum erit conari. Atque mea quidem sententia talia fere Antiatticistae uerba interciderisse arbitror: *γραῦς γὰρ καλεῖται καὶ ὁ ἀφρός ὁ ἀνώτατος τῶν χύτρων, ὡς φησὶν Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (οὐτωςὲ λέγων· ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ χύτραις ἢ γραῦς ἐπεστ' ἀνωτάτω, ταύτης δὲ νῦν τῆς γραῦς ἐπιπολῆς ἐπεισὶν αἱ χύτραι)*.¹⁾

§. 16. Nunc ad fragmentum 448 accedamus, quod apud Pollucem (9, 139) sic traditum est: *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπεκρούσασθαι ἐπὶ τοῦ νουθετῆσαι κέχρηται*. Plutum superstitem si peruolueris, non quidem haec ipsa quae est *ἐπεκρούσασθαι* uox tibi occurret, sed tamen uersum inuenies, ad quem nihil impedit, quominus Pollucis fragmentum referamus. Est u. 548:

σὺ μὲν οὐ τὸν ἐμον βίον εἰρηκας, τὸν τῶν πτωχῶν δ' ὑπεκρούσω.

Scholiasta huius uersus uerbum quod est *ὑπεκρούσω* explicat per *ἐφθέρξω, ἀνεκρούσω, ἐδήλωσας*, quae uerba eandem fere notionem exprimunt atque qualem fragmento illi inesse Pollux uoluit. Ego igitur Iungermanno facere non possum quin cum Meinekio ac Velseno assentiar, in adnotatione ad Pollucis locum haec disserenti: *Itaque, si non fallor, (apud Aristophanem) ἐπεκρούσω cum Polluce legendum erit. Scholiastes ibi exponit: ἐφθέρξω, ἀνεκρούσω, quod nostro repugnare non uidetur.*

§. 17. Apud eundem Pollucem (7, 115) exstat etiam fragmentum 449, quod est: *καὶ ἀρματοπηγὸς δὲ καθ' Ὀμηρον προσήκοι ἂν τεκτονικῆ, καὶ ἀμαξοπηγὸς εἴποις ἂν, καὶ ἀμαξοπηγεῖν, καὶ ἀρματοπηγεῖν καὶ ἀρματοποιεῖν καὶ ζυγοποιεῖν, ὡς ἐν Πλούτῳ Ἀριστοφάνης*. Dobraeus Aristophanem falso pro Pherecrate nominari opinabatur, in cuius fragmento 130 exstat hic uersus: *τίς δ' ἔσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀροτῶν ἢ ζυγοποιῶν ἐτι χρεῖα*; Sed de hac quidem re Kockio adstipulor hanc sententiam reicienti, *cum Pollux non solum Aristophanem cum Pherecrate, sed etiam Plutum cum Persis et ζυγοποιεῖν cum ζυγοποιῶν (a ζυγοποιός) confudisse censendus sit.* Sed quid? si *ζυγοποιεῖν* (u. 513) cum uerbo *τροχοποιεῖν* commutatatum esse statuimus, simillimam, ne dicam eandem, notionem continente? Hocine fieri non potuit? Immo facillime quis ita errare potuit, neque uideo, cur Kockius hanc sententiam tam fortiter repudiauere. Mihi quidem

1) Similem rem habes in schol. Pac. 923, ubi si primum solum habere-mus scholium, inde quoque dubito an quis fragmentum nescio quale ex-sculpturus sit; nunc uero optime factum, quod in tertio scholio exponitur, quo haec uerba spectent.

